dam Sandoꝛ ciuis lucanus ſyndicus ꝛ ꝓcuratoꝛ monaſterij monialiū ſancti Carbonis de luca,oꝛdinis ciſtercieñ.dicto ſyndicario noīe ꝛ voluntate ꝛ ꝯſenſu dñarū abbatiſſe ꝛ monialiū dicti monaſterij ex vna p te.Et quidam Lābertꝰ quondam coluꝛni Lucanus ciuis p ſe ꝛ ſui heredes ex alia parte ꝯpromiſerunt in quendam archip̄sbyterū lucanum tanq̄ꝫ dictarum partium arbitrū ꝛ arbitratoꝛem ꝛ amicabilem compoſitoꝛem ſuper omnibus ꝛ ſingulis cauſis litibus ꝛ queſtionibꝰ cōtrouerſijs diſſenſionibus inter ipſas partes vertētibus, vt ille ita intelligerent lites ꝛ qſtiones ſuper quibus lata fuit ſententia ꝛc. vt plene de hoc conſtat ex inſtrumēto ſuper hoc confecto vigoꝛe cuiꝰ compromiſſi dictas archip̄sbyter inter cetera pronuntiauit ꝙ dña abbatiſſa capitulū ꝛ conuentus dicti monaſterij teneantur ꝛ debeant hinc ad.xviij.meſes qꝛ p̄xime futuros q̄ꝫcunqꝫ ad requiſitionē dicti Lāberti vendere,dare,tradere ꝛ venditionem facere de iure validam p̄fato Lāberto quedā bona imobilia dicti monaſterij in laudo expreſſa pro precio centum ꝛ quinquaginta floꝛenoꝝ.Quod quidē laudum dictus Sandoꝛ ſyndicus dicti monaſterij approbauit ꝛ dictus Lābertus noīe ꝓprio poſtmodū intra terminū.xviij.menſium p̄ſcriptoꝝ dictus Lambertus fecit coꝛam dño vicario lucani epi citari ꝛ requiri dictas abbatiſſam ꝛ moniales offerens ſe paratum ad emendum ꝛ regrens ꝙ abbatiſſa ꝛ conuentꝰ deberet ſibi vendere bona in laudo cōpꝛehenſa.ꝛ ad hoc petijt illas cōpelli.illis autē.ſ.abbatiſſa ꝛ monialibus allegātibus nullitatē laudi in illa pte ac declinātibus foꝛū epi tā quā exceptis dictꝰ Lābertꝰ depoſuit dictū pretium centū quinquaginta floꝛenoꝝ de mandato vicarij apud quēdam dñm.Nec aliter ſup p̄dictis exceptionibus apparet lata ſnia.ſed a tpe depoſiti facti emanauit tantum tempus ꝙ recuperatio dicti depoſiti videtur impoſſibilis vel difficilis maxime vigente quodam ſtatuto in ciuitate lucana inducente p̄ſcriptionem decem annoꝝ inter preſentes.xx.inter abſentes contra omne debitum.vt in eo latius apparet. Queritur nunc cui incumbat illius depoſiti periculum vel proſecutio ꝛc.

¶ Conſilium.lvj.

1 ¶ Monaſterium ſine conſenſu dioceſani nō poteſt bona immobilia alienare nec per compromiſſum poteſt ſe ligare.

2 Prelatus per compromiſſum factum ſine cōſenſu ſuperioꝛis non poteſt perpetuum iudicium eccleſie generare.

Chriſti eiuſqꝫ mr̃is preſidio humiliter inuocato. Videt̃ primo ꝙ ſpectet ad mōaſteriū per tex.apertū.in.l.ſi a te.C.de pac.inter emp.ꝛ vend. iūcta l.acceptam.C.de vſu.ꝛ qd̄ ibi no.Bar.vbi patet ꝙ etiā ad actionē parandā ſatis eſt emptoꝛi offerre ꝛ cōſignare ſeu deponere pretiū de mādato iudicis.ita qd̄ talis conſignatio habet vim ſolutionis ꝛ periculū pecunie ſpectat ad venditoꝛem.Sed in caſu noſtro predictꝰ Lambertus obtulit ꝛ de mādto vicarij cōſignauit.Ergo periculum ſeu pecunie ꝓſecutio ptinet ad monaſterium:vt dictis.ll.nec poſſunt abbatiſſa ꝛ moniales pretendere nullitatem laudi:cum eoꝛum ſyndicus expreſſe emologauit laudum ꝛ ſic poterūt compelli ad ipſum obſeruādū:vt in c.per tuas de arbi.ꝛ.l.pe.C.eo.tit.¶ Nec defuit poteſtas compromittendi cum non ageret hic de libertate monaſterij quo caſu non valuiſſet compromiſſum ſine licētia pape ſi monaſterium eſſet exemptū.Sȝ agebatur de aliis articulis vt patuit ex diffinitione vt probatur in.c. cum tempoꝛe.de arbi.Nec legitimationem conſignationis ſeu depoſiti habuerunt impedire allegata per ipſas moniales exemptas.qꝛ ꝯſignatio fuit facta ante probationem exemptionis.quinimo non apparet ꝙ aliqn̄ fuit ipſa exemptio plene probata.quare alio mō non probato vicarius epi cenſendus erat competens index.xviij.q.ij.monaſteria.ꝛ.c.abbates.ꝛ de reli.do.cum venerabilis.ꝛ de offi. vica.licet ſic ſumus in terminis.c.acceptam.pꝛealle.Sed his nō obſtantibus contrarium arbitroꝛ de iure preualere.Ad hanc contrariam ſententiam mouet me principaliter nullitas ipſius laudi qua data certiſſimuȝ eſt illā conſignationē non produxiſſe iuris officium ꝙ illud laudnm fuit nullum quatenus ſemper agebat monaſterium ad alienationem bonoꝝ
1 immobilium ꝓbat̃.† Sicut monaſterium ſine conſenſu dioceſani non poteſt bona immobilia alienare.xij.q.iij.in venditionibus. Jta nec p cōpꝛomiſſum potuit ſe ligare ad hoc:quia non debet licere indirecte ꝙ directe ꝓhibet̃ in.c.tue de procur.ꝛ.c.cum quis vna via.de regu.iur. lib.vj.Jta notabiliter voluit Hoſtien.in.c.iij.de arbi.ꝛ Joā.and .poſt
2 eum † ꝙ per compꝛomiſſum factum ſine cōſenſu ſuperioꝛis nō poteſt pꝛelatus perpetuū pꝛeiudicium eccleſie generare. ideo non poteſt ex compꝛomiſſo ſequi alienatio alias facta eſſet via ad alienationē faciendam.ꝛ ita voluit Lap.in allegatione ſua.ij.Jdem aperte voluit Fede. conſi.lxxxix.vbi dicit non valere tranſactionem p pꝛelatum eccleſie factam etiā cum conſenſu capituli niſi interuenerit cōſenſus ꝛ autoꝛitas dioceſani:ex quo ſequit̃ alenatio rei immobilis ipſius eccleſie vel aliō pꝛeiudicium perpetuum .pꝛo hoc text.in.l.cum hi.§.ſi cum lis.ꝛ.§.ſi vni.ff.de tranſa.ꝛ ibi reſpondet ad.c.contingit. de tranſact. dicens ꝙ ibi ſolum queritur de iure.c.ꝛ reſpondet̃.ſaluo iure dioceſani. ſicut in ſimili not.glo.in cle.j.de re.eccle.non alienam.ꝛ bene res redit ad naturam ſuam ideo valent pacta ꝛ tranſactiones ſine autoꝛitate ſuperioris.Ad idem quod no.Bart.in.l.nulli.ff.de tranſac.vbi idē vult in p̄lato compꝛomiſſum enim eſt quedam tranſactio.i aut.vt dif.iudi.§.ſi vero.¶ Jtem illud laudum contra foꝛmam iuris inquantū arctabat ad vendendū bona eccleſiaſtica circa caſus permiſſos a iure ꝛ foꝛma tradita pꝛout traditur in.c.exceptione.xij.qō.ij.ꝛ in ſumma eiuſdē q̄ſtionis.ergo hic fuit nullum:vt in.c.examinata.de confir. vti.Si ergo non habebat laudum minime valuit per conſequens illa ꝯſignatio ꝛ depoſitio tanq̄ꝫ facta ex cauſa nulla ꝛ a iure compꝛobata.ꝛ ſic ſumus extra ſuperius allegata:cum monaſterium non eſſet obligatum ex illo

laudo ad

ando ad vendendū.⁊ p cōſequēs nec ad pecuniā recipiendā.⁊ ſi periculū illud nō fuit tranſlatū in monaſteriū nō habuit operari talis ꝯſignatio aliquē effectū ex q̄ nō fuit a iudice facta. Ad hoc tex.iūcta gl. in.l.ij.C.de vſu. Et qđ no. Bar.in.l.acceptā. Et ſi diceret illud monaſterium eſt exēptū:⁊ ſic nō debet obeſſe dioceſani ꝯſenſus defectus:qꝛ dico ꝙ papa eſt exēptus loco dioceſani.⁊ ſic ipſius autoritate debet fieri directa vel indirecta alienatio:vt no.in.c.autoritate de priuile.lib.vj.⁊ xciij.di.nulla.⁊.c.cū dilecta.de ꝯfir.vti.⁊ eſt gl.apta ī terminis noſtris. in cle.j.de re.eccl.nō alie. i x° bo ꝓpꝛij.ꝑterea eſto ſine veritatis ꝑiudicio ꝙ predicta nō obſtarēt q̄ in veritate ꝯcludūt.ex alio tñ capite periculū pecunie nō ſpectabat ad monaſteriū:qꝛ ad h̄ vt cōſignatio habuerit ſuū effectū:oportet qđ fiat autoritate iudicis ꝯpetētis:vt.d.l.acceptā.⁊.l.ij.C.de vſur.⁊ qđ in eis no. Sꝫ notorie ꝯſtat vicariū epi eſſe iudicē ꝯpetētē religioſoꝝ ordinis ciſtercieñ.cū ille ordo ſit exēptus ⁊ imediate pape ſubiectus:vt no.in.c.cū ordinē.de reſcrip.⁊ iāduđum fuit ⁊ eſt in pacifica poſſeſſione exēptiōis:⁊ ſic tollit ignorātia facti allegata. Itē cum de hoc cōtēderet nō debebat anteꝙ cōſtaret illum eſſe iudicē facere depoſitū ad eius mādatū.arg.in.l.nimis ꝓpere. C.de execu.rei iudi.⁊ in.c.ſup literis.de reſcri.cū ſimi.⁊ melius de iudi.c.exhibita.⁊ p hoc patet reſponſio ad oīa motiua ſuperius allegata. Concludo ergo ꝙ periculum vel proſecutio illius pecunie depoſite pertinet ad dictū Lambertum:non autem ad monaſteriū. Et hec ſufficiant. Laus deo.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Ex infraſcriptis literis apoſtolicis quarū quidē literarū tenoꝛ ita preſentatus fuit mihi trāſmiſſus. videlicet Joānes epſ ⁊c. Ad futurā rei memoriā ⁊c. Et poſt multa p ipſum dñm papā diſpoſita ⁊ ordinata ſequitur in dictis lr̄is: lege ſine apoſtolica ꝯſtitutiōe:⁊ ad hoc vt eo amplieꝰ diuinus cultus q̄ maiori canonicoꝝ ⁊ capellanoꝛum numero dicta eccl̄ia fuit decorata:ſtatuimꝰ ꝙ epſ ⁊ caplm dicte eccl̄ie pro tpe exiſtētes vna cū dictis ꝯſulibus toties quoties videbit eis expedire de nouo creare nec non cōſtituere poſſint vltra ſolitū numerū nouos canonicos ⁊ canonicales p̄bendas ⁊ portiōes ꝓ illis capellanis in illo numero ⁊ quātitate de tpe in tpſ decernere put honori ⁊ vtilitati dicte eccl̄ie cognouerint ꝯuenire. Jta tñ qđ ex p̄bēdis in pn̄tiaꝝ exiſtētibꝰ:vel de eo qđ diſtribuit de mēſa dicti capl̄i in ꝓpoſitū ⁊ canonicos ſeu capellanos q nūc ſunt vl' in futurū erunt inſtituti in beneficijs q̄ nūc ſunt in eccl̄ia memorata nihil poſſit aut debeat detrahi aut diminui quouis modo ac etiā qꝛ future prebende ac portiōes huiuſmodi in eadē eccl̄ia inſtituende ſeu decernēde nō ſint neceſſe debeāt inferioris fructus reditus ⁊ prouētus ꝙ ꝑncipaliter exiſtētes. ſi aūt ipſum capitulū creatiōi ⁊ iſtitutiōi p̄dictis aut eorum alicui noluerint intereſſe aut ꝯdicere vel noluerint conſentire ſine cauſa epo ⁊ conſulibus ipſis cōcordare tunc in eo caſu epſ cum ipſis cōſulibus poſſint ⁊ valeant omni iure creare canonicos ⁊ capellanos ⁊ prebēdas canonicales inſtituere ac etiam portiōes huiuſmodi ⁊c. facere in premiſſis quē cū dicto capitulo potuiſſent aliquo nō obſtante habeāt ⁊ habere cēſeant autoritate pn̄tie ⁊c. Et iuxta finē dicte conſtitutiōis dñi Joannis dictarū literarum ponunt etiā iſta verba videlicet p predicta quoqꝫ aut aliqđ p̄dictoꝝ nullū intelligaf:aut poſſit ꝑiudiciū fieri aliqbus priuilegijs vel indultis per ſedē apoſtolicā ꝯceſſis hactenus circa p̄miſſa vel aliqđ eoꝛundē conſulibus antedictis vel operarijs fabrice memorate. ¶ Nūc ergo infraſcripta dubia eliciunt. Primo an circa ordinationē ⁊ creationē p̄bēdarū ⁊ demū electionem canonicoꝛū attētis verbis dictarū literarū apoſtolicarum debemus dicere ꝙ ſint tres voces:videlicet vna epi ſeu archiepi:alia canonicoꝛuꝫ: alia cōſilū. vel debemus dicere ꝙ ſint due videlicet vna epi ⁊ capituli alia ſit cōſulū. Et quid ſi epſ cū capitulo ſine ꝯſulibꝰ ꝯcoꝛdaret ⁊ cōueniret cū epo ⁊ caplo:ſed maioꝛ pars ꝯſulum.⁊ qđ ſi ꝯſules cū capitulo:vel maioꝛi parte capituli diſſentiēte epo ꝯcoꝛdarent. vtrū canonici ⁊ capitulū ſint vocādi ita qđ ſi nō vocarent poſſent agere de contēptu. Et nunqđ canonici intereſſentes vel maioꝛ pars ipſoꝛū poterit contradicere vel nō conſentire oꝛdinationibus ⁊ inſtitutiōibꝰ p̄dictis factis per archiepm ⁊ cōſules ita ꝙ ex eoꝛū contradictiōe vel nō cōſenſus p̄ſtatione impediaf aut annulleſ creatio ac etiam inſtitutio facta per archiepm ⁊ ꝯſules. Scđo principaliter dubitaf cū in ꝯſtitutione p̄dicta dñi Joānis dicaf ꝙ future creāde prebēde nō ſint nec eſſe dn̄t inferioꝛis fructus reditus ⁊ prouētus quā principaliter exiſtētes quare cū in dicta eccleſia ſint p̄bende maioꝛis fructꝰ mediocris ⁊ minoꝛis: querif in qua quātitate iſte noue prebende creari debeant. ¶ Tertio principaliter q̄ritur an p dños cōſules vel ſaltē vna cū epo in creatione taliū p̄bēdaꝝ ⁊ oꝛdinatiōe p̄bēdaꝝ ipſarum apponi poſſint onera certa ſeu obſeruatiōes ſeu qualitates in aſſumēdis ⁊ pꝛomouēdis ad dictos canonicatus ⁊ pꝛebēdas:⁊ q̄ vt puta ꝙ aſſumendo ſint ſacerdotes vel ꝙ intra terminū pꝛomoueri teneanſ vel ꝙ reſidere ⁊ ꝯtinuam reſidentiā facere vel talē miſſam tali tpe celebꝛare teneanſ ⁊ ſimilia. Et nunqđ nō faciētibus poſſit oꝛdinari p dñm epm cū capitulo ⁊ cōſulibus vel ſaltē cū cōſulibus capitulo recuſante ꝙ talia nō ſeruātes moneanſ ⁊ ꝙ nō faciētes īcurrāt penā amiſſiōis fructuū p̄bēdaꝝ ⁊ alioꝝ emolumētoꝝ:vel ꝙ ſaltē eis poſſint ſubtrahi dicti reditus vel pars dictaꝝ p̄bēdarū p dictos conſules. ¶ Quarto principaliter q̄rif cum ita ſit ꝙ tales p̄bēde fuerint oꝛdinate recte ⁊ create de reditibus ⁊ bonis opere ⁊ p ꝯſequēs deputatoꝝ ad regimē dicte opere ⁊ ſic cōſulū artis lane.⁊ ſic videanſ ex dotatiōe acq̄rere iuſpatronatꝰ an dictū ius ſic dicaf acq̄ri:⁊ ſic in creatiōe p̄fata poſſit oꝛdinari p epm ⁊ p p̄fatos conſules qđ attēta donatiōe p̄fata deinceps in futurū cōſules artis lane q pꝛo tpe fuerūt ſint patroni p̄dictarū p̄bēdarū.ita ꝙ in illis p̄bēdis vacātibus ſpectet p̄ſentatio ad ipſos conſules ⁊ ad dictū archiepm ꝯfirmatio:ita qđ in confirmatione non habeat interuenire capitulum ⁊c.

¶ Conſilium.lvij.

1 ☞ Prelatus ſi in aliqua electiōe habeat tertiam partem: capitulum aliam tertiam:⁊ aliqua vniuerſitas aliam tertiam:tunc voces non iudicantur per capita.

2 Conſenſus capituli ⁊ epiſcopi vbi requiritur non coniungunſ vt ſufficiat habere maioꝛem partem.

3 Coꝛpoꝛa plura qñ ſimul coniunguntur nō vt facientia vnum coꝛpus ſed vt diuerſa ad hoc vt actus dicatur factus ab omnibus ſeu maioꝛi parte opoꝛtet ꝙ interueniat conſenſus cuiuſlibet coꝛpoꝛis.

4 Pꝛomittens artificem intelligitur pꝛomittere de mediocri.

5 Reſcriptum pape in dubio trahitur ad ius commune.

Chriſti eiuſqꝫ matris atque Agathe virginis glioſe p̄ſidio humiliter inuocato. Attingā p claꝛioꝛi cōſultatiōis infoꝛmatiōe quodlibet dubiū de per ſe. Et pꝛimo iuxta interrogatiōis oꝛdinē pꝛimum aggrediar in quo incidenter multa annectunſ dubia.⁊ pꝛimo arguiſ ꝙ archiepſ ⁊ capitulum ſunt loco vnius:ſic vt habeāt in hoc tm̄ vnā vocē. Cōſules xo loco alteriꝰ: ⁊ ſic habeāt aliā vocē:ita qđ oēs ſimul ꝯſtituāt duas voces hoc videſ pꝛima frōte ꝓbari.in.l.ſi.C.de impu.⁊ alijs ſubſti.vbi habeſ ꝙ ſi teſtatoꝛ ita īſtituit titius vna cū filijs ſuis ⁊ ſempꝛoniꝰ mihi heredes ſunto. ex tali inſtitutiōe patris cū filijs q ſimul ꝯiungunſ ⁊ pene ſm naturaꝫ ſunt eadē pſona debent habere dimidiā:⁊ ſic tm̄ haberet ſempꝛonius ſolꝰ quātū pater ⁊ filij q ſimul fuerūt cōiūcti.ita videſ dicēdū in pꝛopoſito.cū em̄ epſ ⁊ caplm ſimul cōiūganſ videſ ꝙ ſint loco vnius tm̄. Cōſules vero q p ſe vocanſ debēt eſſe loco alterius.ad idem. l.ſi qs in fundi.ff.de inſti.⁊ ſubſti. ¶ Scđo pꝛīcipaliter facit qđ no. Jo.an.poſt

1 Hoſt.in.l.reſcriptū.de elec.† vbi dicit ꝙ in electiōe p̄latꝰ aliqs habeat tertiā partē:capitulū aliā tertiā aliqua alia vniuerſitas aliā tertiam tm̄ habet ſolꝰ p̄latus quātū habet totū capitulū vl' alia vniuerſitas.nec iudicanſ voces p capita.ita ī ꝓpoſito ex quo epſ ⁊ capitulū ſimul cōiūgunſ.⁊ etiā de iure faciūt vnū coꝛpus:vt i.c.nouit.⁊.c.ꝙto.de his q̄ ſi.a p̄la.licꝫ plures ſint numero ꝙ ipſi ꝯſules tātā vocē habēt ſimul quātā ipſi ꝯſules. Sꝫ his nō obſtātibus q̄uere nō obſtāt ꝯtrariā ſententiam arbitroꝛ ꝑualere ꝙ oēs p̄dicti ſint loco triū pſonarū nō obſtāte ꝙ epſ ⁊ caplm iūganſ p dictionē copulatiuā ⁊ de hoc vr̄ caſus apertus in ſimili i.l.ſi qs titio.ff.de vſufru.accre.vbi patet ꝙ teſtatoꝛ ita dicit titio cū heredibus meis ⁊ meuio eādem rē relinquo.ex relicto ſiūt tres partes.quarū vna debeſ titio.alia heredibus teſtōris tertia meuio.⁊ ſubꝺcit ibi text.nō referre an dicaſ relinquo illi ⁊ illi.⁊ meuio an illi ⁊ illi cū meuio:ſemp em̄ ſunt tres partes. Ecce ergo ꝙ dū cōiungunt duo p dictionē cū.vocanſ oēs equaliter.facit.l.titie textoꝛes.⁊ qđ ibi no.ff.de leg.iij.foꝛtius idē dicēdum cū coniunganſ p dictionē ⁊ nā h̄ dictio ⁊,p quā cōiungunſ his epſ ⁊ caplm facit vtrūqꝫ capitulatū venire pꝛincipaliter:ita qđ vnum pōt dici acceſſoꝛium ad reliquū vt eſt glo.i.c.q̄relā.de ſimo. Jdē ſentit gl.ff.de iur.⁊ fac.igno.ſup rub. ¶ Scđo ad idē vr̄ tex.in.l.ſi qs ita ſtipulatꝰ.de ver.ob.vbi pꝛobaſ ꝙ ſi duo ī diſpoſitione ꝯiungunſ p dictionē ⁊ opoꝛtet vtrunqꝫ interuenire. Sed ſi epſ ⁊ caplm ſimul ꝯiunganſ in vnā vocē nō verificareſ diſpoſitio pape.fingiſ em̄ canonicos eſſe viginti.ſi epſ coniungiſ cum eis eſſent.xxi.pōe etiā.ꝙ decē canonici ⁊ epſ ꝯſentiūt pꝛo vna parte alij decem pꝛo alia parte. Nā ſm contrariā ſentētiā illi vndecim repꝛeſentabāt oēs an cōſtituāt maioꝛē ptē oīm.⁊ ſic nō erit verum dicere ꝙ capitulum h̄ ꝯſenſerit ꝓut req̄riſ ex foꝛma mādati qꝛ non eſt hic in aliqua parte caplm cum non reperiaſ maioꝛ ps capituli in aliqua parte. Nā decem faciunt dimidium totius. Ad hoc.c.j.de his q̄ ſi.a p̄la.⁊.l.qđ maioꝛ.ff. ad muni.⁊ bonus tex.in.c.eccleſia.de elec.vbi patet ꝙ nō eſt dare capitulum niſi ſaltē deſ maioꝛ pars totius.⁊ nō maioꝛ partium cōparatione minoꝛis. ¶ Jtem pone alium caſum retētis dictis terminis:quod ex viginti canonicis conſentiunt.xv.pꝛo vna parte archiepſ cum reliquis quinqꝫ pꝛo alia parte ſm opinionē contrariam illi. xv. conſtituerunt ſeu pꝛeſentauerunt totam illam vocem eis competentem.⁊ ſic venerūt cōtra foꝛmā mandati cū non interuenerit hic cōſenſus archiepiſcopi. qui tamē debet eſſe pꝛincipalis in autoꝛizādo:vt patet ex foꝛma mandati:vt ergo iſte abſurditates ceſſent dicamus ꝙ epiſcopus habet conſentire per ſe ⁊ conſules per ſe, iuxta illud dictum Jo. and.⁊ Hoſtié. c.reſcriptum.quādo bene conuenit in caſu noſtro. ¶ Tertio pꝛincipaliter facit epiſcopus ⁊ capitulum vocantur hic per nomina appellatiua ⁊ collectiua vnico reſpectu:non autem tanꝙ ſinguli.ergo vt ſatiſfiat reſcripto pape opoꝛtet quod epiſcopus conſentiat ⁊ capitulꝫ per ſe:nam capitulum eſt coꝛpus per ſe diſtinctum ab epiſcopo. ⁊ adeo

ꝙ appellatione capituli nõ venit eps. vt patet ex diuerſitate tituli. Nã alius eſt titulus. de his q̃ fi. a ma. par. cap. ꝛ. c. lꝫ. ficte conſtituant vnuꝫ corp⁹. vt. d. c. nouit, ꝛ quãto tamẽ eſt caput, canonici mẽbra. Caput vero differt a membris. hãc ſentẽtiã formauit gl. not. in cle. vt hi. de eta.
2 ꝛ quali. ¶ Quarto videm⁹ † ꝙ vbi epi ꝛ capituli requirit̃ conſenſus adinuicem nõ coniũgunt̃ vt ſufficiat habere maiorem partẽ nũero. ſꝫ opꝫ ꝙ eps ꝑ ſe ꝯſentiat, ꝛ caplm ꝑ ſe. ita vt ſaltem habeat̃ ꝯſenſus maioris ptis capituli, vt leg. ꝛ no. in. c. vno. ne ſede vacã. Et ibi bo. gl. plene ꝛ fideliter ꝑ Jo. an. in. c. a collatiõe. de app. lib. vj. Cõſuluit ẽt Fede. ꝯſulto pri⁹ Jo. an. ipſe refert in ꝯſiliis ſuis cõſi. j. plene ꝑ Cal. i. c. poſtulati. de ꝯceſ. pbẽ. lꝫ Hoſt. aliter ibi ſenſerit, Sꝫ oẽs moderniores ibi ſequunt̃ p̄mũ dictũ ꝙ ꝓcedit ẽt cũ epi ꝛ capituli requirat̃ ꝯſenſus ex forma mãdati, vt in caſu nr̃o de quo eſt gl. no. in. c. ſi ꝓ te. de reſcrip. li. vi. ¶ Quinto ꝓbat̃ ex tenore reſcri. p̄dicti. Nã ſi eps ꝛ caplꝫ conſtituerent vnã vocẽ non diſtinguerent̃. in fi. reſcripti. vbi dicit notãter ꝙ cõſentiente caplo poſſet eps ordinare cũ conſulib⁹ ꝛc. vnic⁹ ꝛ conformis debet eſſe ſenſus cuiuſlibet diſpoſitiõis, nec debet ſeparari cauda a capite vt alius ſit ſenſus in p̄ma parte alius in ſcda. Si eñ ꝯiũgerẽt̃ ſemper remanerent ꝯiũcti. ad hoc bo. tex. cũ glo. in. c. maiores. de baptiſ. in ver. ceterũ. iũcta gl. in ver. authoritas. ꝛ ꝓcedẽtia capiũt intellectũ a ſequentib⁹. in. l. ſi ſeru⁹ plurĩũ. ꝛ. l. qui filiab⁹. ff. de leg. i. ¶ Sexto ꝛ vltimo dico ꝙ in effectu non multũ refert hoc dubiũ diſcutere ꝙ ex forma mandati clare colligit̃ ꝙ archiepi ꝛ conſulũ ꝯſenſus ſemp reqrũt̃ capituli aũt ꝯtradictio. notãter hoc ꝓbat̃ ſic. excluſio vnius alterius operat̃ ingreſſum, vt in. c. cum renũtiat̃. xxij. q. j. ꝛ. l. cũ ptor. in prin. ff. de iudi. ꝛ. xxv. di. qualis. de preſump. nõne ſicut in reſcriptis dicit̃ ꝙ ſi capitulũ voluerit conſentire aut intereſſe aut cõtradixerit tũc eps cum ipſis cõſulib⁹ poſſint ꝛ valeant in fine capituli ꝛc. Ergo cũ ſolũ excluſerit caplm videt̃ ꝛ apte voluiſſe ꝙ ſine archiepi ꝛ cõſulũ ꝯſenſu non poſſit illa creatio fieri. ad qd eñ exculſiſſet ſolũ capitulũ in caſu ꝯdictionis ſi idem eẽt ꝯdicente archiepo vel conſulib⁹. voluit ergo vt in omni caſu archieps ꝛ ꝯſules ꝯſentiãt. ꝛ hoc videt̃ ꝯforme iuri cõi. Nã archieps ſine conſulib⁹ non poſſet cũ cõſules habeãt dare dotẽ ꝛ ſpiritualia ſine tpalib⁹ eſſe non poſſunt. j. q. iij. ſi qs obiecerit. nec cõſules ſine archiepo q2 laici ñ pñt ꝯſtituere bñficia ſꝫ hoc ſpectat ad epꝫ. xviij q. j. quidã. de cõſec. di. j. nemo. ꝛ. c. poſtulaſti. de iurepa. capitulũ aũt in caſu contradictiõis recte excludit̃, q2 ſine iuſta cã nõ põt impedire ea q̃ iuſte ſtatuant̃ ꝑ epm. vt no. Jo. an. ꝛ Arch. in. c. j. de cõſti. facit qd legi. ꝛ no. in. c. j. lxv. di. ¶ Ex p̄dictis cõcludo ꝙ archieps capitulũ ꝛ cõſules faciũt tres voces, verũtamẽ ꝯdictio capituli nõ hꝫ impedire actum ſiue voluerint intereſſe, ſiue cõtradixerint, ſiue voluerint conſentire: cum hec materia ſit approbata per papam. ſecus aũt ſi ꝯdicerent conſules ſeu maior pars ipſorũ vel archieps. ꝛ loquor quãtũ ad ea q̃ continent̃ in lr̃is Joãnis, ꝛ per hec remanẽt deciſe multe alie cõſultationes in primo dubio cõtẽte. Et primo illa, nũqd eps cũ caplo ſine ꝯſulibus circa illã ordinationẽ ꝛ electõnẽ de qb⁹ in lr̃is Joãnis pñt ꝓcedere. Et dicendũ ꝙ nõ vt patuit ex predictis. ¶ Iteꝫ ſcdo ꝙ ſi duo vel tres ex cõſulib⁹ conuenirent̃. dico eñ nõ ſufficere q2 conſules vocarent̃ hic ꝑ nomina appellatiua ꝛ collectiua. i. vt vniuerſitas ꝛ collegiũ non vt ſinguli. Non ergo poſſunt dici cõſules cõſentire niſi maior ps ipſorum cõſentiat. d. l. ꝙ maior. ꝛ. c. eccl'a. ꝛ. c. j. de his q̃ fi. a p̄la. ꝛ. l. refert̃. ff. de reg. iur. ꝓ hoc bo. gl. in. c. cum inter canonicos. de elec. ꝛ text. in. c. apoſtolica. lvj. di. Patet etiã deciſio tertie ꝯſultatiõis videlꝫ qd ſi conſules cũ capitulo vel maiori parte capituli diſſentiẽte epo cõcordarent. dico eñ hoc ſufficere, vt patet ex predictis, q2 archiepi ꝛ cõſulum conſenſus tã ex forma mandati q̃ de iure cõmuni neceſſario requirunt̃. ¶ Ad quartã cõſultationẽ vtrũ canonici ꝛ capitulũ ſint vocãdi. ita ꝙ nõ vocent̃ pñt agere de cõtẽptu. dico ꝙ ſi nõ vocent̃ actus non teneret vigore literarũ pape. q2 hec ptãs eſt data ſimul epo, capitulo, ꝛ cõſulibus. Si ergo caplm nõ vocat̃ act⁹ corruit ex defectu ptãtis et ex cõuentione forme mãdati. vt in. c. venerabilis. de offi. deleg. ꝛ. c. cuꝫ dilect⁹. de reſcrip. ꝛ. l. diligenter. ff. manda. vbicũqꝫ eñ eſt ptãs dat̃ tribus, ꝓ quo faciũt alio irrequiſito nõ tꝫ, q2 exercitiũ non cõpetit eis ꝑ parte. de offi. deleg. c. vno delegatorũ. ꝛ. c. cauſam matrimonij. ꝛ not. in. c. prudentiam. e. ti. vbi ꝑ gl. ꝛ Bar. in. l. j. §. ſi plures. ff. de exer. facit. c. ſi duo. de pcu. li. vj. ꝛ qd leg. ꝛ no. in. l. ſi intereſt. ff. de arb. ꝛ. c. ꝫ. e. ti. lib. vi. Nec ob. c. ſicut. de elec. vbi actus videt̃ tenere nõ obſtãte contẽptu aliquorũ, licet poſſit agi de contẽptu, q2 dico ꝙ ibi non peccat in forma nec potentia, qm̃ de iure ptãs vniuerſitatis eſt penes duas ptes vniuerſitatis. l. nulli. ꝛ. l. plane. ff. qd cuiuſꝙ vniuerſi. no. ꝛ. l. nominationum. de decre. ab ordi. fa. Sꝫ in caſu noſtro deficit ptãs q̃ dat̃ his oibus ſimul. ¶ Itẽ committit̃ ꝯ formã reſcripti, dico tñ ꝙ ipſorum contradictio nõ vitiat vt ptꝫ ex reſcripto. vocat̃ eñ caplm q2 forte bñ cõſulendo poterit alios retrahere ab ipſorũ opinione ſicut loquit̃. c. cum in veteri. de elec. in. c. cum olim. de arbi. in. d. c. ꝫ. eo. ti. lib. vj. ¶ Patet inſuper deciſio vltime conſultationis. ſ. primi dubij predicti. dico eniꝫ quod contradictio capituli non habet obſtare ordinationi archiepiſcopi ꝛ conſulum in his que cõtinentur in literis per predicta. Et ad
3 predicta addo tex. no. in. c. paſtoralis. de reſcrip. ꝛ qd ibi not. † vbi ptꝫ quod qñ iunguñt plura corpora ſimul nõ facientia vnum corpus, ſed vt diuerſa: ad hoc vt actus dicatur factus ab omnib⁹ ſeu maiori parte oportet ꝙ interueniat cõſenſus cuiuſlibet corporis per que dico non ſufficere qd eps de aliquibus conſulibus facit maiorẽ partẽ vt dicatur factũ a cõſulibus ꝛ ab epo ſeu archiepo: ſed oportet ꝙ eps conſentiat per ſe, maior pars oim cõſulum per ſe. ꝛ idem dicendum in. c. eo caſu. q2 eorum conſenſus diſtribueretur ꝛ per hoc ſolutum remanet primũ dubium cum omnibus ſuis acceſſoriis. Nunc reſpondeo ad contraria ſupra in principio formata. ꝛ primo ad. l. fi. C. de impu. patet reſponſio per no. ibi per gl. ꝛ Bar. in. d. l. ſi quis titio. ¶ Ad dictũ Hoſt. ꝛ Jo. an. in. c. reſcriptum. dico ꝙ procedit qñ certum eſt q2 aliqui ſimul iuncti habent certã partẽ in electiõe. Sꝫ in caſu noſtro ex quo omnes vocantur equaliter per nomina appellatiua quodlibet corpus habet per ſe tertiam partem in diſpoſitione actus ꝛ ſic in caſu noſtro poteſt obſeruari qd ibi notatur ſaluo quod dicitur de capitulo. q2 illius ꝯtradictio non obſtat ꝛ aliorum ſic ex ſpeciali forma reſcripti vt patet ex p̄dictis. Nec obſtat ſi diceretur ꝙ dicti conſules non vocant̃ ad creationem ꝛ inſtitutionem prebendaꝝ vt principales ſed potius tanꝙ poteſtatem habentes ad conſenſum vt colligi videt̃ ex principio reſcripti: vbi dicitur ꝙ eps ꝛ capitulũ vna cũ quibuſlibet ꝛc. Iſta enim ſunt diuerſa in ſe ꝙ tres habebãt in ſe ſimul actum explicare vt quod duo de cõſenſu tertij. nam primo caſu omnes ſunt autores in facto. ¶ Secundo caſu ſunt tm̃ duo ꝛ tertius preſtat conſenſum: vt legi. ꝛ no. in. c. j. ne ſede vac. lib. vj. dico enim hoc eſſe falſum. ſcilicet ꝙ conſules non vocẽtur vt principales. Nam ſi bene ponderentur verba reſcripta actus inrationis ꝛ inſtitutiõis refertur ad omnes pariter: vt patet ibi. quoties eis videbitur de nouo creare. ¶ Itẽ ꝛ clarius in fine reſcripti vbi dicitur qd capitulo nolente conſentire ſeu intereſſe eps cum ipſis cõſulib⁹ poteſt ꝛ valet omni iure creare canonicos ꝛc. ¶ Et ſi in creatione ꝛ inſtitutione ſunt principales in hoc caſu ex quo actus diſpoſitiõis pariter refertur ad oẽs tm̃ eſt dicꝫre ille ꝛ ille ꝙtue ille cum illo. ꝛ iſte eſt ꝑprius caſus. d. l. ſi quis titio. Nam relictũ referebatur ad omnes equaliter: ideo dictio cum: ꝯtingit principaliter: ꝛ hoc eſt quod voluit Fede. dicto conſi. j. ¶ Venio nũc ad ſecundũ dubiũ principale videlicet cuꝫ antique prebẽde reperiunt̃ diſparis valoris ꝛ prouentus ꝛ noue iuxta formã reſcripti nõ debeant eſſe minoris valoris ꝙ antique ꝛ qualiter conformabunt̃ antiquis videtur primo ꝙ noue debeant fieri ad inſtar mediocrium. media enim in dubio videtur autor cõſideraſſe arg. in. l. legato generaliter. ff. de lega. j. q2 ſub hac ſpecie reperitur varietas non
4 ſumma aut vilis ſed mediocris. ¶ † Item ſi dicitur ſi ꝓmittis tibi artificem non intelligitur de ſummo ne prorſus indocto ſꝫ mediocri: vt in. l. ſciendum. §. item ſciendum. ff. de edi. edi. Itẽ multa iura que in dubio eligunt mediam viam in. c. querẽti. de offi. deleg. ꝛ. xlv. diſt. diſciplina. de reſt. ſpolia. literas. iuxta illud. Maior enim mediis gratia rebus ineſt. de hoc medio expectando multa allegantur in. c. ſciẽtes de cenſi. ¶ Sed his non obſtãtibus aliud puto in caſu noſtro: per tex. notabilem. in. c. cum olim. de conſue. vbi notãter probatur quod vbi aliquid eſt fiendum ad inſtar alterius: ſi illud eſt diuerſum eligitur id quod eſt magis rationabile iuri communi conſonãs ꝛ alteri minus p̄iudicãs. ꝛ hoc no. ibi clarius Anto. de but. vnde in caſu noſtro dico quod debent fieri noue ad inſtar illarum antiquarum que magis ſunt rationabiles ꝛ iuri cõmuni cõformes, ſiue ſint pinguiores, ſiue mediocres, ſiue in fine: q2 in dubio videtur papã cogitaſſe de prebendis rationalibus arbitrans ꝙ in tã famoſa ꝛ florenti vocabulo ꝛ in vrbe deberent eſſe pre
5 bende ſecundum iuris communis diſpoſitionem. † Nam reſcriptũ pape debet retrahi in dubio ad ius cõmune etiam ſi oporteret clauſulas reſcripti trãſportare ne aliquid abſurdum ſequat̃ vt probatur in. c. cũ cauſam. de reſcriptis. Et pro hoc reſcriptũ Gregorij qui mãdauit prebẽdas creare in eo valore ꝙ canonici inſtruendi poſſent decenter viuere ꝛ iura epiſcopalia ꝑſoluere: ꝛ pro hoc facit qd not. glo. in. c. j. xxi. q. j. Et melius in prebẽdis facit tex. xij. q. i. §. fi. alias eñ ſequi poſſet abſurdum pone enim quod mediocres propter guerras vel negligentiam canonicorum ſint adeo diminute quod non ſufficiant ad procurandũ ſingulis canonicis. dicemuſne papam de illis intellexiſſe: certe minime. argu. in. c. j. de conſue. in. c. nemo. de conſecra. diſtin. j. ꝛ. c. ad audientiam. el. j. de eccle. edifican. ꝛ hec de ſecũdo ꝓn. dubio. ¶ Venio ad tertium queſitum videlicet an dicti conſules per ſe vel ſaltem vna cũ epiſcopo poſſint ſtatuere circa nouas prebendas nouiter in eis inſtituendis ꝛc. videtur quod ſic. primo ex reſcripto Gregorij qui videt̃ eis indulgere ſaltem vt epiſcopus facit cum conſulum conſenſu. ¶ Itẽ per quandam cõſequẽtiam videtur hoc idem licere ex reſcripto Joannis quia cui conceditur aliquid videtur conceſſum omne id ſine quo primum commode exerceri non poteſt. l. ad rem mobilem. ꝛ. l. ad legatum ff. de procu. ꝛ in. c. prudentiam. ꝛ. c. preterea. de offi. deleg. ꝛ cui conceditur principale acceſſum eſſe videtur. argu. in. c. ex parte. el. ij. de deciſi. facit regula acceſſorium de regu. lib. vj. Sed inſtitutio ꝛ creatio canonicorum ꝛ prebendarum non poteſt commode fieri ſine ordinatione ꝛ inſtitutione eorum que debent facere inſtituendi. argumen. in. c. ſignificantibus. de prebendis. Ergo data conſulibus ꝛ epiſcopo poteſtate creandi videtur data poteſtas ordinandi: quinimo videtur quod ex iure patronatus poſſunt conſules per ſe ſtatuere: quia in traditione rei

propriẽ

propꝛie poſſunt apponere onus in.c.de monachis.de pꝛeben.no.gl.in
c.generali.de elec.lib.vj.⁊ in.c.cum bertoldus.de re iudi.Sed ego arbi
troꝛ quod conſules nec per ſe nec cū epiſcopo ſimul poſſunt hoc cōſti-
tuere ita vt ipſi dicātur autoꝛes in illis oꝛdinationibus ⁊ ſtatutis.mo-
ueoꝛ pꝛincipaliter qꝛ iure communi nō licet laicos etiā in traditiōe rerꝫ
ſuarū quas faciūt eccleſijs opponere cōditiones ſeu modos ſpiritua-
les.ita elegāter ponit Jnn.in.c.qm̄.ne pꝛela.vices ſuas.qꝛ non licet lai
cis ſpiritualibus ſtatuere etiā circa dotē quā dant eccleſie.iij.q.j.c.de-
cernimus.de cōſti.eccleſia ſancte Marie.⁊.xcvj.diſt.bene quidem.Sꝫ
circa tēpoꝛalia bene poſſunt a pꝛincipio aliquod pactū apponere.ſic
debēt intelligi ſuperius allegata in pꝛima parte.Sed remedium eſt vt
archiepiſcopus iſta ſtatuta confirmet ad petitionem conſilium quod
facere poteſt etiā recedendo a diſpoſitione iuris communis.hoc pꝛo-
bat tex.no.in.c.cum dilectus.de conſue.ibi ad petitionē patronoꝝ ⁊c.
¶ Ad idem quod no.doc.in.c.ad audientiā.de cleri.nō reſi.vbi dicūt
Hoſti.⁊ Jo.an.ꝙ poteſt fieri conſtitutio contra non reſidentes etiā ſi
in eccleſia ſit conſuetudo in cōtrarium dummodo fiat pꝛincipaliter ad
vtilitatem eccleſie:quod eſt notandum.⁊ facit quod no.in.c.cū oēs.de
conſtitu.ibi enim fuit repꝛobata illa conſtitutio contra antiquam con
ſuetudinē:qꝛ ex radice vitium pꝛoceſſerit ⁊ non erat omnibus commu
nis:vt ibi no.Nā epiſcopus poteſt ſtatuere adiuuando ius cōmune ꝑ
appoſitionē pene:vt no.in gl.in cle.ne romani.de elec.plene per Joā.
an.in.c.ſi.de offi.archi.⁊ debet hoc facere epiſcopus ad petitionem pa
tronoꝝ ex quo ſtatuta ſunt honeſta.vt pꝛobatur in.d.c.cū dilectus.fa
cit.c.preterea.de iure patro.⁊ debet in hoc eps̄ requirere conſilium ſui
capituli.de his que ſi.a pꝛela.c.nouit.⁊.c.quāto.illoꝝ tn̄ cōditio non
obſtat ex quo ſtatuta ſunt al's rationabilia.Sed haberi debēt pꝛo cō-
ſentientibus.vt no.Jo.an.⁊ archi.in.c.j.de conſtit.lib.vj.non obſtant
allegata pꝛo parte cōſulū in pꝛincipio dubij.Nam reſcripto Gregoꝛij
non permittebat hoc conſulibus ſed operarijs.diſpoſitio aūt nō extē-
ditur de perſona ad perſonam.de pꝛiuil.ſane.⁊.vij.q.j.petiſti ſicut nec
de caſu ad caſum in.c.tua.de pꝛeben.lib.vj.Et licet pariter conceſſiſſet
conſulibus:ſatis tamen ꝙ eis cōceſſit:vt no.in ſimili in.d.c.tua.Cōſu
les enim non pꝛocedunt virtute reſcripti Gregoꝛij ſed Joānis.Non ob.
quod dixi de reſcripto Joannis vt veniat illa poteſtas per quādā cō-
ſequentiam.qꝛ nego ꝙ ſine nouis ſtatutis nequeat fieri creatio pꝛebē-
darum ⁊ nouoꝝ canonicoꝛum.Poſſunt enim relinqui diſpoſitio iu-
ris.vt no.in.c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.vj.¶ Jtem cū ſumus in mate-
ria diſpēſabili ⁊ reſtringibili ſcilicet vt laici diſponāt de ſpūalibus de-
bemus facere ſtrictiſſimam interpꝛetetionē.nō ſolū vt nō veniant ſpe
cifice ſine conſenſu ſed etiam vt nō veniant ea que ex pꝛopꝛio verboꝛꝫ
ſignificato poſſint compꝛehendi:vt notanter legit ⁊ no.in.c.quod di-
lectio.de cōſan.⁊ affi.⁊ in.c.j.⁊.ij.de fil.pꝛeſby.li.vj.per Jo.an.i regula
odia.de reg.iur.lib.vj.in mercu.⁊.c.olim.de ver.ſig.per Bar.in.l.bene-
ficium.ff.de conſtit.pꝛin.⁊ hoc de tertio.¶ Poſtremo condeſcēdo ad
quartum dubium in effectu continens an pꝛeſentatio canonicoꝛꝫ in
ſtituēdoꝛum ad nouas pꝛebendas pertineat ad cōſules:ex quo pꝛebē-
de fuerunt dotate de bonis opere quibus dicti cōſules pꝛeſunt.Vide
tur pꝛimo ſic:quia iuſpatronatus competit ex dotatione.xvj.q.vij.pie
mētis.⁊ quod ibi no.in.c.filijs.⁊.c.decernimus.ea.cau.⁊.q.cuꝫ multis
ſimilibus.quod pꝛocedit etiam in donatione pꝛebendarum creataruꝫ
in eccleſia collegiata:vt no.Jnn.⁊ clarius Jo.and.in.c.nobis pꝛealle.
licet gl.aliud dixerit ⁊ minus bene.in.c.j.e.ti.Nec placet dictū Hoſti.
in.d.c.poſtulaſti.vbi dicit ꝙ deputatio ad p̄bēdas cōpetit patrono in
eccleſia collegiata:ſi patronatus illam ſpecialiter ſibi reſtituerit:alias
ſecus.Et ſic voluit limitare gl.in.d.c.poſtulaſti.Sed illud dictū nullo
iure pꝛobatur.nam iura generaliter in creatiōe quoꝛūcunqꝫ beneficio-
rum reſeruant iuſpatronatus pꝛeſentandi dūmodo patronatus ſpeci
fice ius nō mutuet.vt i.c.ſignificauit.de teſt.⁊.xvj.q.vij.filijs pie mētis
decernimus cū multis ſimi.facit qō no.gl.in.c.ſi quis baſilicā.de cōſe.
diſt.j.tūc dicit Jo.an.in regula quod alicui gratioſe.de reg.iur.lib.vj.
in mercu.qō eps̄ non fundat hodie intētionem de iure cōmuni ſuꝑ li
bera collatione beneficioꝝ:ſed tm̄ ſuper inſtitutione:qꝛ eccleſie nō na
ſcunt:ſed pꝛeſumuntur habere patronum ad quē ꝑtineat p̄ſentatio ꝑ
iura generalia ſuperius allegata.Ab iſta tn̄ generali iurium diſpoſi-
tione ſolum reperitur excepta electio pꝛelati in collegiata eccleſia:⁊ de
canonicis nihil dicitur.vt.d.c.nobis.Ergo p̄bēde remanēt ſub diſpo-
ſitione generali:ar.in.l.pꝛecipimus.in ſi.C.de app.⁊ in.l.ꝯmodiſſime.
ff.de libe.⁊ poſthu.⁊ in.c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.vj.cum pꝛetoꝛ.ff.de
iudi.⁊.c.qualis.xxv.diſt.Et ſic placet ſimpliciter mihi dictum Jnn.⁊
Jo.an.d.c.nobis.Sed in contrarium ꝙ ad dictos conſules nō poſſit
pertinere pꝛeſentatio:pꝛobo ſic.Opera ſeu fabꝛica eccleſie non eſt coꝛ-
pus verum ſed fictum:nec habet in ſe collegiū:ſed ſunt quidam reditꝰ
deputati ad fabꝛicam eccleſie.⁊ per cōſequēs ſunt ipſius eccleſie.Nam
ſi dono vel relinquo fabꝛice ſeu opere alicuius eccleſie dono vel relin-
quo ipſi eccle.vnde dñiū acquirit eccleſie cuius commodū relictū ſeu
donatum concernit.non enim refert cum quo teſtatoꝛ loquatur ſed in
ſpici debet in quē diſpoſitionis commodū transfert:vt.l.cum pater.§.
donatiōis.ff.de leg.ij.⁊.l.§.biduum.ff.qn̄ appel.ſit.⁊.ij.q.j.biduum.
Non enim poteſt fabꝛicare cum ſint quidā reditus nec habere dñium
alioꝝ redituum:nec concedit vtilitas ipſius eccleſie.facit.l.collegiū.
C.de here.inſt.ꝙ deputata ad vſum fabꝛice ſint in dominio eccleſie ſa
tis colligitur per rationem pꝛedictam.⁊.q.iij.imo.⁊.xij.q.ij.quatuoꝛ.
⁊.c.cōceſſis.cum ſimi.ius autem patronatus acquiritur ei ex cuius bo
nis res pꝛoceſſit non autē illi qui fuit actoꝛ dotatiōis vnde ſi ex bonis
alicuius eccleſie cōſtituitur vel dotatur alia eccleſia iuſpatronatus ac
quiritur eccleſie pꝛincipali:vt pꝛobatur in.c.apoſtolicos.in ſi.cōiūcta
glo.ij.q.vij.⁊.c.ad audientiam.el.ij.de eccle.edifi.Jdeo in pꝛeſenti articu
lo hāc ipſam veritatem eſſe arbitroꝛ:vt diſtinguamus ſic.ꝙ aut dñium
opere remanet penes cōmune donec expendat in ipſam fabꝛicā foꝛte
ex oꝛdinatiōe ſic facta i pꝛincipio cū bona donent ope:ita ꝙ libera bo
noꝛum diſpoſitio pertinet ad cōmune Floꝛētie.⁊ tunc pꝛocedūt pꝛime
allegationes:vt inde patronatus acquiratur cōmunitati ex cuius bo
nis ꝓceſſit dos dictarum pꝛebendarū.⁊ per conſequens pꝛeſentatio ꝑ
tinebit ad cōſules:ex quo libera adminiſtratio iuriū opere conceſſa eſt
a cōmunitate ipſis conſulibus.aut dñium illoꝝ bonoꝛꝫ ꝑtinet ad ec-
cleſiā vt qꝛ pure bona fuerunt data epo.⁊ tūc ipſa eccleſia habebit ius
patronatus illarum pꝛebendaꝝ.vt in.d.c.apl'icos.in ſi.iuncta gl.facit
quod notatur in.c.vnico.de iure patrona.lib.vj.⁊.c.qꝛ clerici.eod.titu.
Nomine autem eccleſie hoc caſu veniet epiſcopus cū capitulo:qꝛ epi-
ſcopus eſt in eccleſia.de teſta.requiſiſti.arg.vij.q.j.c.ſcire debemus.Et
hoc caſu pꝛocedunt allegata in ſecunda parte.⁊ per hoc ſit ſatiſfactum
omnibus dubijs.Et qui aliter ſcripſit:conſiderauit ſubtilitates pꝛedi
ctas ⁊c.Laus Deo.

¶ Conſilium.lviij.

1 ☞ Decime pꝛediales cui debeant eccleſie baptiſmali:aut parochia-
li:⁊ per totum conſilium.
2 Obuentionum ⁊ pꝛouentuum appellatione veniunt omnes dicime ⁊
quicquid pꝛouenire poteſt.

IN queſtiōe que vertitur in
ter plebanū ſancti Juſti vulterane dioceſis ex vna parte.⁊
homines cōmunis antipani ⁊ communis perſonatus eiuſ
dem dioceſis ex alia parte.ſuper decimis pꝛedialibus pꝛouenientibus
ex pꝛedijs ſitis intra parochiam eccleſie Bartholomei exiſtentem in-
tra limites plebani ſancti Juſti:ad quam quidem plebem parochiani
eccleſie ſancti Bartholomei duntaxat habēt recurſum ꝓpter baptiſ-
matis ſacramentum.reliqua vero ſacramenta recipiunt in eccleſia ſan
1 cti Bartholomei.illud de iure queritur † an decime pꝛediales debean
tur eccleſie baptiſmali que videtur mater aliarum capellarum:an eccle
ſie parochiali vbi pꝛedia ſita ſunt:⁊ vbi homines percipiunt alia ſacra
menta.⁊ hoc pꝛofecto dubium non eſt in iure paruum:cum iura varie
in hoc caſu loquuntur.nam doctoꝛes in varijs ⁊ diuerſis inclinauerūt
ſententias ⁊ vt liqueat queſtionis difficultas allegabo pꝛimo ad par-
tes.Secundo ponam opiniones quas in noſtro caſu reperio.Tertio
concludam quid mihi in iure conſonūm videtur.Quod debeant ple-
bi ſancti Juſti que eſt baptiſmalis:videtur pꝛimo textus apertus in
cap̄.decimis.xvj.queſtiōe.j.vbi dicitur quod omnibus maioꝛibꝰ viſuꝫ
fuit decimas dādas plebibus tantū vbi ſacroſancta baptiſmata dan-
tur.Ad idem cap.ſtatuimus.⁊.c.in ſacris.eadem cauſa ⁊ qō.vbi habe
tur quod excōmunicandus eſt qui pꝛeter epiſcopi conſcientiam extra
baptiſmalem eccleſiam decimas ſoluere voluerit.Jdem videtur velle
tex.xiij.q.j.in dioceſi.¶ Secundo pꝛincipaliter facit tex.in.c.ex tranſ-
miſſa.de pꝛeſcrip.iuncta glo.pe.vbi patet ꝙ mater eccleſia ſcilicet ba-
ptiſmalis vendicat ſibi omnes decimas ab hominibus capellarum ex
cluſis clericis capellarum ipſarum.¶ Tertio facit ſecundū vnū intel-
lectum quē ponit ibi gl.ad.c.ad audientiam.de eccle.edifi.el.j.vbi ptꝫ,
ꝙ licet cappella pꝛopter hominum neceſſitatem cōſtruatur intra limi
tes alicuius parochie:tamen antiqua eccleſia remanet mater ⁊ debe-
tur ſibi aliquis honoꝛ capelle ne pꝛediales decime eidē ſubtrahantur.
Jdem ergo dicendum in caſu noſtro.nā iſte capelle fuerunt ex poſtfa-
cto edificate intra plebanatum ſancti Juſti.quare illa plebs remanſit
parochialis multis iuribus.Et pꝛo hoc vltimo faciunt.c.eccleſie.⁊.c.q
cunqꝫ.xvj.q.j.vbi dicitur ꝙ pꝛopter eccleſias nouiter edificatas nō de
bent antique ſuis iuribus maxime decimis pꝛiuari.¶ Quarto nega-
ri nō pōt quin eccleſia baptiſmalis ſit eccleſia parochialis omniū ca-
pellarum cum aliter eis ſuo iure adminiſtrari non poſſet hoc ſacramē
tum baptiſmatis quod eſt pꝛincipale ⁊ fundamentum alioꝝ ſacramē
toꝛum.in.c.ſi.de pꝛeſ.non baptiſ.quare abſurdum videtur non pꝛeſer-
uare ius parochiale.Satis enim ꝙ capelle habeant decimas perſona
les ⁊ alia iura parochialia.nam ſole plebes habebant antiquitus oīa
iura parochialia:ſed pꝛopter hominū excreſcentiam fuerunt poſtmo
dum conſtructe capelle ⁊ parochie eis aſſignate.plebes tn̄ remāſerūt
parochiales ſaltem in ſacramento baptiſmatis,vnde tum ratione hu
ius ſacramenti tum qꝛ pꝛopter nouas nō debent pꝛoꝛſus pꝛiuari iure
eoꝛum tum vt euitetur enoꝛmitas pꝛeiudicij debemus dicere vt ſalteꝫ
dicime pꝛediales eis remanſerint:vt innuere videtur illa.c.xvj.q.j.⁊.c.
quicunqꝫ.¶ Ad contrariam partem ꝙ debeātur eccleſie ſancti Bar-
tholomei parochialis illoꝝ de antipano.Adducunt multa iura q̄ di
cūt ad eccleſiā parochialē vbi pꝛedia ſita ſunt decimas pꝛediales perti

nere,vt in.c.qm̄.c.cū cōtingat.⁊ in.c.cū in tua dioceſi.de deci.⁊ videtur textus ſatis apert⁹ in.c.ad decimas.de reſti.ſpo.lib.vi. ❡ Scōo principaliter adduco bonū tex.in.c.paſtoralis.de his que fi.a prela.vbi dicitur ꝙ authoritate dioceſani fuerūt parochie limitate quaten⁹ ſingulorum parochialium ꝓuentus in vſus eccleſie cederent ⁊ ſtipēdia miniſtrorū ⁊c.Ecce ergo quod omnes reditus ex ſpiritualib⁹ prouenientes intra parochiam alicuius eccleſie cedūt illi eccleſie.ergo decime p̄diales de predijs ſitis in parochiam cum ſint reditus ſpirituales.de preſcript.c.cauſam que. ❡ Tertio videtur probari non cauillando literam in.c.ad audientiam.el.j.de eccle.edificand.aliter iudicando quā ſupra.Ibi em̄ ꝑpter nimiam diſtantiā eccleſie parochialis fuit edificata capella intra limites parochie,fuitqȝ ibi certa villa parochie aſſignata,⁊ decreuit papa,ꝙ omnes obuētiones ⁊ prouentus illius ville
2 redderent ad ſuſtentationem rectoris ibidē inſtituēdi.dictū aūt,† qđ appellatione obuentionum ⁊ prouentuum,veniūt omnes decime: et quicquid eccleſie legitime prouenire poſſit:vt in.c.tranſmiſſe.⁊.c.cum inter.de verbo.ſignifi.⁊.c.dilecto.⁊.c.cū inter.iūcta gloſſ.in.d.c.ad audientiam.⁊.c.non ſolum.Si ergo papa ibi ſolenniter decreuit ita dicendū eſt iuris eſſe in conſimili caſu,in dubio ita factum fuiſſe ab initio vt in.c.de communis.re iudicata. ❡ Quarto adduco bonum text.in.c.fi.de iure pa.vbi ꝓbatur decimas prediales deberi illi eccleſie in cuius parochia ſita ſunt predia etiam ſi prediorū domini alibi habitant ⁊ nullū ſacramentum percipiant ab eccleſia parochiali.forti⁹ ergo ibi debenē cū domini prediorum,vt eſt in caſu noſtro,habitant ſeu coloni ſunt parochiani eccleſie predialis vt eſt eccl̄ia ſancti Bartholomei, in caſu noſtro. ❡ Quinto arguiē ſic,ex quo eccleſia ſancti Bartholomei eſt parochialis,habēs parochiā limitatā ⁊ diſtinctā ab eccl̄ia plebis ſancti Iuſti,ergo debet habere oīa iura parochialia,vt de parochia.quaſi per totū.vt.iij.q.j.c.j. ❡ Sed decime ſunt de iure parochiali,q2 ex quo predia ſunt in terra parochiali,de iure cōmuni decime ꝑtinent ad eccleſiam parochialem,vt in.c.fi.de paroc.⁊.d.c.ad decimas.de reſt.ſpo.lib.vi. ❡ His argumētis preuiſis,interſerā opinionē quā in materia reperio,que opinio habet,ꝙ ſtandū eſt in hoc conſuetudini,vtrū debeanē eccleſie baptiſmali,aut capelle,per.c.ad apoſtolice.de deci.⁊ hoc voluit ibi Inn.in glo.in.c.cū contingat.e.ti.⁊ Ray.in ſumma.eo.ti.⁊ ab hac opinione nemo diſcrepat.Nam ex cōſuetudine ſeu preſcriptione poſſunt deberi illi eccleſie que nullum ius habet in illis.vt in.c.cū contingat.⁊ in.c.cū in tua.de deci. ❡ Secūda opinio,ꝙ ceſſante conſuetudine debeantur eccleſie baptiſmali.hanc opinionem tenet glo.in.d.c.cū cōtingat.⁊ in.c.ſtatuim⁹.xvj.q.j. Innocent.in.d.c.ad apoſtolice.Tan.in.c.nuntius.⁊ Io.and.ſequiē in Spec.eod.titu.§.ij.poſt princ.dicitur tamen quod in trib⁹ caſibus poſſunt deberi capelle.Primus cum habeat id conſuetudo,vt.s.dixi.Secūd⁹ quando in limitatione noue capelle cū aliter animabus prouidere nonpoſſet epiſcopus de ſui capituli conſenſu aſſignauit ipſi nouelle capelle,decimas prediales ſeu limitationes ſue parochie.facit.d.c.ſtatuimus.⁊ ꝙ no.in.d.c.ad audientiam.⁊.c.conſtitutus.de reli.domi.alias niſi exp̄ſſe aſſignaſſet,non venirent prediales ſm eum per dictū.c.quicunqȝ.⁊ c.eccleſie.Tertius eſt quando in aliquo magno territorio erāt ꝙ plures eccleſie ⁊ nulle baptiſmales,⁊ de nouo vna illarum in plebaniam ⁊ baptiſmalem erigitur.vel de nouo vna plebs conſtituitur illic cum baptiſmo.tūc em̄ ceſſant rationes ſuperius inducte in plebe,immo reſoluuntur pro capellis ſm eū.⁊ ponderanda ſunt bene hec iura dicta, q2 videntur limitare opinionē ſuā,vt ꝓcedat quando certū eſt capellam fuiſſe edificatam intra limites plebis quaſi tunc non debeat eccleſia antiqua ita enormiter ledi ex conſtructione noue eccleſie.

❡ Tertia opinio quod prediales debeantur eccleſie prediali.⁊ in cui⁹ parochia ſita ſunt predia.licet non ſit baptiſmalis. Hanc opinionem tȝ Archi.in.c.j.xiij.q.j.dicens hoc ꝓbari in.d.c.ad decimas.ꝑ qđ dicit hanc cōcertationem ſopitam ⁊ refert hoc ipſum tenere Lauren.Vincen.Gof.Ber.⁊ Phil.in.c.fi.de paroch.⁊ gloſſ.in.d.c.j.xiij.q.j.⁊.c.ad apoſtolice.de deci.⁊ Rof.⁊ Io.an.de deo q ita no.in ſumma ſua đ deci.§.ſed qbus.dicens ꝙ canones contrarium innuentes loquunē ſm antiqua tempora.ſed hodie ſm Rof.dande ſunt eccleſie parochiali, de iure communi etiā ſi non ſit baptiſmalis.ad hoc.xiij.q.j.in fi.⁊ facit de mune.⁊ hono.l.j.⁊.ij.Hanc etiā ſniaȝ approbāt Hug.⁊ Lau.⁊ dicit Archi.vbi.s.eam etiam approbare Ray.prout no.in ſumma ſua.đ deci.in prin.⁊ tenet etiam Hoſtiē.in.c.cū homines.de deci.⁊ in ſumma eiuſdem tituli.§.cui dandū.⁊ nouiſſime contra Ioan.an.late ꝓſequiē ⁊ tenet Cald.eius filius adoptiuus fundans ſe multum ſuper.d.c.ad audientiam.inducendo vt.s.nec obſtat grauitas preiudicij ſuper quo multū ſe fundat Ioan.and.al's intelligendum eſt hanc capellā ꝑ epiſcopum de conſenſu capituli ſui requiſiti.quibus poteſt preiudicari fuiſſe conſtructam nec aliter fieri poteſt ⁊ debet.ad hoc faciūt not.in c.conſtitutus.de reli.do. ❡ Item ſm eum ſalua reuerentia Io.an.qui nititur reſpondere ad decimas.c.ad decimas.ſuper quo ſe fundat Archi.non eſt per eum ſufficienter reſponſum,q2 illa eccleſia ſancti Nicolai q agebat,nō eſt plebs:vt dicit Io.an.tamen tex.principaliter ibi ſe fundat ꝙ decime ꝓueniebant ex predijs quod fuerunt ibi petita et intra alienā parochiā ꝯſtituta.Et per hoc ibi infertur quo ad illā eccleſiam ille decime pertinebāt.Et ſic aperte innuit quod prediales debeantur eccleſie intra cuius parochiam predia ſita ſunt ſi predia de quibus nūc queritur ſunt intra parochiam ſancti Bartholomei ergo illi debentur.Hanc inſuper opinionē ſecuti ſunt moderniores ⁊ precipue Anto.but.in.c.cum contingat.Cōcordādo opiniones dicit ꝙ aut noua parochia non habet ſpeciales limites ⁊ tūc omnes ſunt in concordia quod prediales debentur eccleſie baptiſmali:q2 proueniunt intra parochiam ſuam.Et hoc tenet ſpecifice Io.calde.⁊ hoc caſu ꝓcedunt canones antiqui proferentes baptiſmalē capelle:aut ſunt capelle aſſignati ſpeciales ⁊ diſtincti limites ⁊ tunc aut neceſſitas impellit quod baptiſmalis non ſufficit:propter amplitudinē parochie ⁊ omnes obuentiōes debent aſſignari ipſi capelle ex mādato iuris:vt in dict.c.ad audientiam.Nec nunc dicitur inferri preiudicium antique eccleſie ex quo ius non recipit ⁊ in dubio preſumendum eſt ipſum hoc mandatū iuris fuiſſe ſecutum.Et ad iura contraria reſpondet quod intelligi debent quod ſine magna neceſſitate capella cōſtructa eſt.Aut eſt dubiū q fuerit antiquior parochialis vel baptiſmalis.Et in dubio dicit eas dandas eccleſie parochiali.per.c.cum contingat.⁊.c.ad decimas dandas eccleſie parochiali.Ceſſat enim nunc ratio.c.quicunqȝ.⁊.c.eccleſie.xvj.q.j.Et hāc opinionem puto veriſſimam:⁊ infertur ad claram deciſionem queſtionis noſtre.dico enim quod ex duplici capite debet iſta eccleſia ſancti Bartholomei obtinere.Primo quod habet parochiaȝ certam limitatam.⁊ preſumendum eſt quod fuerit ex neceſſitate ſcđm iuris diſpoſitionem edificata cū multum diſtet ab eccleſia plebis ſancti Iuſti:⁊ ſic quod epiſcopus a principio adiudicauit omnes obuentiōes illius parochie ſequendo diſpoſitionem iuris.de qua in.d.c.ad audientiam.Item ex alio capite leuiori:quia nō apparet an plebs ſancti Iuſti ſit antiquior ꝙ eccleſia ſcti Bartholomei ergo habet fundatā intentionem de iure communi:ex quo predia reperiuntur in ſua parochia.⁊ hoc caſu ceſſant omnes ratiōes Io.an.nec ipſe tenet hoc caſu cōtrariū cū nō poſſet dici ꝙ cum graui preiudicio plebis nō debuit capella edificari cum non appareat poſt modum fuiſſe edificatā.Eſto tn̄ quod appareat nihilomin⁹ ſibi deberenē ex quo parochia ſibi fuit decreta ⁊ non appareat de contradictione alicuius.hec omnia ſatis clare videntur probari per ea q allegaui in ſecunda parte. ❡ Nunc reſtat reſpondere ad contraria in prima parte fundata.Et primo ad.c.de decimis.⁊.c.ſtatuimus.⁊.c.in ſacris.xvj.q.j.Reſpondeo dupliciter primo quod loquuntur de decimis ſitis intra parochiam plebis:q2 in multis partibus nō ſunt alie eccleſie parochiales preter plebs.quod hoc ſit verū aperte probo per dictū.c.in ſacris.vbi dicitur ꝙ capituli percipiebāt in eccleſia baptiſmali omnia ſacramenta.⁊ ſic innuit ſecus eſſe ſi fuerint p̄dia extra parochiam plebis. ❡ Secundo poſſunt intelligi quādo ſola plebs habet parochiam:capelle vero ſine limitibus habent curam certarum perſonarum.⁊ ſic etiam poteſt intelligi.c.ex trāſmiſſa.de preſcri.vt clare innuitur ex illo tex. ❡ Ad tertium argumētū de.c.ad audiētiā.dico ſatis ſupra reſponſum.nā potius facit pro opinione contraria q2 papa mandauit ſibi aſſignari obuētionē ⁊ prouentus parochie ipſi capelle:vt.s.dixi.In ſecunda parte argumētorū ad c.eccleſie.⁊.c.quicūqȝ.patet ex predictis duplex reſpōſio.Primo poſſunt intelligi qn̄ conſtat quod capelle fuerint poſtmodū edificate intra limites plebis nec ipſis capellis fuerint certe parochie aſſignate. ❡ Secundo quod procedunt quando edificantur noue capelle nō ex neceſſitate populi ſed ex ſola volūtate.tunc enim nōn debent antique eccleſie priuari iuſtitijs ſuis:propter nouiter edificata.ſecus autem qn̄ ex neceſſitate populi:vt probaē in.d.c.ad audientiam. ❡ Ad quartū ⁊ vltimum argumentum dico quod preſuppoſito quod plebs ſit in aliquo parochiali hominum habitantium in capellis ſaltem ratione baptiſmatis:tamen reditus prouenientes intra parochiā capelle deputentur a iure ipſi capelle:vt.d.c.ad audientiā.nec prediales debentur ratione ſacramentoꝝ.reſeruatur tamen eccleſie baptiſmali quidam honor ſm impoſitionem in principio factam vel loci cōſuetudinē.iuxta ea que notantur in.d.c.ad audientiam.Non autē debēt ſubtrahi reditus decimales vt ibi:⁊ maxime procedunt predicta in caſu noſtro in quo nō apparet vt predixi que eccleſia ſit antiquior. ❡ Cōcludo ergo quod de iure communi decime prediales de quibus queritur debētur de iure ſalua conſuetudine in cōtrarium eccleſie ſancti Bartholomei ⁊ non plebis ſancti iuſti ⁊c.

❡ Conſilium.lix.

1 Teſtator ſi dicat extraneo voluntatem meam committo diſpoſitioni tue videtur illum inſtituiſſe heredem vt diſtribuat hereditatem ad pias cauſas.
2 Subſtitutio in dubio potius debet interpretari vt ſit directa quam fideicommiſſaria.
3 Trebellianica ceſſat in legatis ad pias cauſas.
4 Executor proprie eſt qui exercet officium executionis.

Viſo teſtamento quodā cōlini mei amici de campagnatico comitatus ſenarum in quo inter cetera erat poſthum⁹ inſtitutus ſic diſpoſuit. ❡ Itē voluit,iuſſit,⁊ mādauit,qđ ſi dicti poſthumus poſtuma vel poſthumi

vnus vna

vnus vna vel plures filius filia vel filij:heres ſeu heredes ſupra inſtitu
ti non naſcuntur vel naſcerentur:ꝛ ad lucẽ nõ peruenirent ſeu in pupil
lari etate morerẽtur ꝙ tũc ꝛ eo caſu adueniẽte tali cõditiõe omnia ſua
bona ꝛ res mobilia ꝛ immobilia ꝛ actiones dentur ꝛ concedantur ꝛ di
ſtribuãtur ꝑ infraſcriptos eius cõmiſſarios pauperibus .Chriſti amo
re dei.ꝛ locis pijs pro remedio peccatoꝝ ſuoꝝ in fabricatione pioꝝ lo-
coꝝ faciendo capellas:adaptãdo oſtia tecta ꝛ muros eccleſiarum ꝑut
ꝛ ſicut infraſcriptis eius fideicõmiſſarijs videbiẽ ꝛ placebit ꝛc. demũ
regula canonicoꝛũ regulariũ,ſit ſtrictioꝛ ſiue laxioꝛ regula monachali
vt in.c.qđ dei timoꝛẽ.de ſta.reg.⁊ vtrũ ſit ſtrictioꝛ ſeu laxioꝛ alijs regu
lis.His pꝛemiſſis deſcendo ad caſum ꝓpoſitum,dicẽdum arbitroꝛ ꝙ
cum dictus canonicus regularis nõ petita licẽtia a ſuo ſuperioꝛe exi-
uerit monaſterium ſuum ex quadã animi leuitate nõ inſpiratiõe diui
na,⁊ iurauerit aliud monaſterium ſancti Dominici, ibidẽq ꝓfeſſio-
nem fecerit quod non valuerit aliquo modo tranſitus ad dictũ mona
ſterium ſancti Dominici,etiã p̃ſupponẽdo ꝙ fuerit arctioꝛis religio
nis cũ requiratur de neceſſitate ad hoc vt poſſit tranſire ꝙ licẽtiaʒ pe
tat a ſuo ſuperioꝛe,inficitur ſecũdus tranſitus ex nõ petitione legiti-
ma ne bonum obediẽtie cõtẽnatur.per text.glo.⁊ doct.in.d.c.licet.de
regula.⁊ ibi concoꝛ.⁊ hoc voluit glo in.c.cum ſingula.in ver.canonice.
de p̃bẽ.lib.vj.⁊ doct.in locis in pꝛincipio allegatis.Et lʒ glo.in.d.c.lʒ.
de regu.diſputet an ſi aliquis tranſeat ad ſtrictioꝛẽ religionem nõ pe
tita licentia teneatur redire ad pꝛimam religionem. Tñ concludit ꝙ
ſi leuitatis cauſa tranſiuit,vt in caſu noſtro,tenetur omnino redire ꝑʒ
omnes docto.idem gloſſ.⁊ ibi text.in.c.mandamus.xix.q.iij. Et ibi
glo.⁊ ibi Joan.and.poſt Butrium.in.d.c.intelleximus.Et hoc indu
bitatum eſt per docto.per ſupꝛadicta.⁊ licet etiam gloſ.in.d.c.licet.de
regula.videatur tenere opinio.quod ſi nõ leuitatis cauſa tranſiuit ad
ſtrictioꝛem religionem non petita licentia non tenetur redire ad pꝛi-
mam religionem.Et idem ibi Hoſ.tamẽ Jo.and.ibi ⁊ cõmuniter oẽs
doct.⁊ late Butri.tenẽt ꝙ indiſtincte quocũq modo trãſeat ad ſtri-
ctioꝛem religionẽ nõ petita licẽtia,etiã nõ ex animi leuitate teneatur
redire ad pꝛimũ cũ nõ valuerit aliquo mõ trãſit⁹,ſic dicit Joan.an.ſe
vidiſſe ꝓnũtiari.Idẽ tʒ glo.in.c.intellexim⁹.de eta.⁊ quali.Et ibi In
no.⁊ idẽ glo.⁊ ibi Archi.in.c.mandamus.xix.q.iij.Et ſi dicatur quid
operatur hoc ꝙ redeat ad pꝛimũ qꝛ ſtatim poterit licẽtiã petere ⁊ re-
dire ad ſecũdũ.reſpõdet Jo.an.in.d.c.lʒ.ꝙ ſatis eſt qꝛ ſatiſfacit iuri re
quirenti ꝙ petat licentiam.allegat de accu.c.ad petitionem.de ſuppl.
negl.pꝛela.c.qꝛ regulares.inducit ſimile ſicut in oꝛdinata electio. con-
pulſus admittit oꝛdinata de eodẽ ⁊ ſuꝑ eodẽ.de elec.c.ſuper e.⁊.c.in-
notuit.in fi.de iudi.examinata.¶ Itẽ poſſet reuerſus ad pꝛimũ mane
re ibi mutato ꝓpoſito.allegat ad hoc de ſponſa.c.tua.⁊ qđ ibi no. ſuꝑ
gl.pꝛima.Idẽ tʒ Pau.in cle.ideo.de reg.ne bonũ obediẽtie contem-
natur,⁊ qꝛ foꝛte rediens in ſua vocatione remanebit.Et reſpondit ibi
ad.c.ſane.de regu.Idẽ But.in.d.cle.licet.⁊ ibi Jo.andr.reſpondet ẽt
ad dictum.c.ſane.¶ Ex quibus omnibus clare concluditur ꝙ cũ pꝛe
dictus canonicus regularis ex quadã animi leuitate trãſiuerit ad mo
naſteriũ ſancti Dominici nõ petita ſui ſuperioꝛis licẽtia qđ nõ value
rit tranſitus qđ etiam vendicat ſibi locũ ſi non ex animi leuitate trãſiſ
ſet per ſupꝛadicta.¶ Cõcludo foꝛte ꝙ licet poſſit etiam cũ ſecundo ꝙ
cum in monaſterio ſuo pꝛimo viuatur ſub obſeruantia regulari ⁊ in ſe
cundo monaſterio ad quod tranſiuit non viuatur ſub obſeruantia re-
gulari ſed clauſtrali:tenendo opi.Inn.in.c.ſane.de reg.vt dixi.ſ.ĩ ꝓn.
quod tamẽ ꝓ nunc non confirmo videlicet ꝙ attẽdat̃ actualis obſer
uantia tempoꝛe tranſitus non inſtitutio regule an dicatur ſtrictioꝛ an
laxioꝛ,de quo me remitto ad not.ibi per Jo.⁊ alios,tamẽ ſ̃m Innoc.
non valuerit p̃dictus tranſitus cum non tranſiuerit ad ſtrictioꝛem re-
ligionem per ſupꝛadicta.¶ Ex quibus omnibus infertur ad ſecũduʒ
queſitum quod cũ nõ valuerit tranſitus licet poterit pꝛopꝛia authoꝛi
tate dictus canonicus regularis redire ad ſuum pꝛimum monaſteriũ.
⁊ pꝛimo ſuo habitu ⁊ oꝛdine ꝑmanere:⁊ hoc voluit Jo.and.⁊ Butr.in
d.c.licet.de regu.cũ dicunt ꝙ tenentur redire.etiam ad hoc eſt text. in
c. intelleximus.de eta.⁊ quali.ibi dum dicitur ad pꝛimam domum re-
dire curaſti ⁊c.ergo pꝛopꝛia authoꝛitate qui reditus appꝛobatur ibi ꝑ
text.⁊ idem ibi glo.idem not.text.in.c.mandamus.xix.q.iij.dum di-
cit text.pꝛecipimus vt redeat:vt idem ibi glo.hoc expꝛeſſe voluit ibi
Archi.Item aperte voluit Pau.in cle.j.de reg.qui dicit ꝙ ſi nõ vult
redire compellatur redire.¶ Reuertatur ergo ⁊ ſi non vult ibi ſtare,
licentiam petat ⁊ tranſeat ad ſecundum monaſterium.¶ Ex quibus
omnibus clare de iure concludo tranſitum dicti canonici regularis
non valuiſſe nec tenuiſſe ⁊ quod dictus canonicus regularis licite p̃t
ꝓpꝛia authoꝛiate recedere, ⁊ ad pꝛimum ſuum monaſteriũ redire, ibi
deniq in ſuo pꝛioꝛi habitu ⁊ oꝛdine permanere:vt clare ⁊ aperte ſu-
pꝛa oſtenſuʒ ⁊ appꝛobatũ eſt.¶ Preterea ſi dicamus ꝙ iſte monach⁹
ſiue canonicus regularis tranſeundo ad aliud monaſteriũ alterius re
ligionis non petita licentia ſit fugitiuus,nihilonmin⁹ dʒ reddi ⁊ etiã
reſtitui monaſterio pꝛimo.vt in.c. Joannes.de reg.etiaʒ ꝯpetit ſibi a-
ctio contra pꝛimũ monaſterium vt ibideʒ recipiatur,vt not.Jo.andr.
ſuper dicta glo.fina.⁊ in.c.fina.eod.titu.⁊ legitur ⁊ notatur in glo.fin.
ſuper ea.⁊ in.c.cum dilecta.de reſcrip.⁊ in.c.cũ eccleſijs.circa fi.de ma
io.⁊ obedi.per Hoſti.⁊ in.c.j.de infan.⁊ Cy.lau.exponit niſi ter aufu-
gerit a monaſterio,vt dicit Jo.and.in dicto.c.fi.de regu.ſiue dicamus
quod temere tranſiuerit ad dictum ſecundum monaſterium nõ petita
licentia nedum habita:⁊ dicitur tunc temere tranſiret:vt dicit glo.ibi
⁊ ſuper ea Joan.and.in dicto.c.Joannes procedit dicta concluſio. ta
men melioꝛis conditionis exiſtere videtur tranſeundo ad ſecũdũ mo
naſterium non petita licẽtia:qm̃ negando cum non dicatur apoſtata
⁊ regula maioꝛi apoſtaſia que inducit excõmunicationẽ: vt dicit Jo.
an.in dicto.c.ioannes allegat.c.ij.ne cleri.vel monachi.lib.vj. Prete-
rea dictus tranſitus nõ petita licentia eſt nullus ipſo iure.Idcirco nõ
pꝛeſtat.impedimentũ per ea que leguntur ⁊ notatur in regula non
pꝛeſtat de reg.iur.lib.vj.⁊ in.c.cum acceſſiſſent.c.cum M.⁊ in. c.pe.de
conſtitu.in.c.ſupplemento.in tantum ſine cauſa non confirmata per
ipſum ſuppꝛeſſum dicitur vacare:imo etiam vt vacans põt impetra-
ri:vt dicunt docto. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xcvj.

1 ☞ Multitudo ſine iuſtitia gubernari non poteſt.
2 Licentia in religione pꝛopꝛie quis dicatur.
3 Papa ſolus diſpenſat ꝙ quis trãſeat de maioꝛi ad minoꝛem.
4 Fratres pꝛedicatoꝛes tranſeuntes ad monachos nigros ſi non obſer-
uant regulam Benedicti ſunt veri apoſtate.

In chꝛiſti nomine amen. Cum ad aures reuerẽdi ⁊ circũſpecti viri dñi Põtij Stephani ꝓcẽtoris eccleſie Antiodoꝛẽſis ⁊ canonici Biturẽſis apoſtolice ſedis nuntij ⁊ delegati ac monaſterioꝛũ oꝛdinũ quoꝛũcũq non mendicantiũ viſitatoꝛis coꝛrectoꝛis ⁊ refoꝛmatoꝛis in ꝓuincia Tuſcie ⁊ Janue:per ſedẽ eandẽ inter cetera ſpecialiter deputati viſitãdo monaſteriũ ſctẽ Marie de Floꝛẽtia oꝛdinis ſancti Benedicti nigri habitus ⁊ abbate carens fama publica referẽte peruenit qđ in dicto monaſterio erãt nõnulli ꝓ monachis ipſius monaſterij ſe gerẽtes ⁊ habitũ ipſins publice d̃ferẽtes ⁊ loca monachoꝛũ dicti mõaſterij occupata tenentes ⁊ bona ipſius monaſterij recipiẽtes indebite ⁊ iniuſte in dãnũ ipſius monaſterij cũ ipſius monaſterij non ſint vere monachi ſʒ apoſtate de alijs oꝛdinibus fugiẽtes vel abiecti de ipſo monaſterio ꝯtra deum ⁊ iuſtitiã per ambitionẽ ⁊ ſurreptionẽ intruſi ĩ animarũ ſuarũ periculũ ⁊ monaſterij p̃libati grauamẽ ⁊ dãnum.dictus pꝛefatus Põtius ꝯſiderãs ꝙ iuxta autoꝛitatẽ Heronymi non eſt bonũ panẽ filioꝛũ dare canibus hoc eſt legatoꝛibus ⁊ intruſis.xxij.q.j.ſi cupis.monuit omnes ⁊ ſingulos gerẽtes ſe pꝛo monachis ipſius monaſterij ⁊ cuilibet eoꝛũ p̃cipiendo mãdauit intra certũ terminũ ⁊ peremptoꝛiũ vt quilibet eoꝛũ deberet facere fidẽ de ſua inſtitutione vel titulo quem habet ĩ dicto monaſterio. ¶ Coꝛã quo intra dictũ terminũ quidã gerẽs ſe pꝛo monacho dicti monaſterij q pꝛimo ꝓfeſſus fuit oꝛdinẽ fratrũ p̃dicatoꝛũ ⁊ ab oꝛdine ipſe p̃ciſus ⁊ abiectus ſub foꝛma inferius annotata ad ꝓbandũ titulũ ſui monachatus ⁊ inſtitutionis ꝓducit literas reuerẽdi patris dñi Joãnis ſancti Theodoꝛi diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati ⁊ adminiſtratoꝛis dicti monaſterij.quarum autoꝛitate receptus fuit in monachũ dicti monaſterij ⁊ proceſſuʒ factũ per venerabilẽ patrẽ epiſcopũ fellußeñ.executoꝛẽ deputatũ ad hoc per dictũ legatum quarum literarũ ⁊ pꝛoceſſus ⁊ licentie pꝛeciſionis tenoꝛ talis eſt ſub hac verboꝛum foꝛma ⁊c.

In chꝛiſti nomine amẽ.anno incarnationis eiuſdeʒ mileſimo tricẽteſimo trigeſimoquarto indictiõe tertia:die decima nona menſis octobꝛis.Nouerint vniuerſi patres inſtrumentum publicũ inſpecturi:qđ religioſus vir cenobij quõdam richi infraſcriptus.cõſtitutus in pꝛeſentia reuerẽdi ĩ chꝛiſto patris domini:domini Thedectij dei gratia epi felluſieñ.executoꝛis infraſcriptarũ literarũ dñi cardinalis legati in capitulo monaceñ.ſancte Marie de Floꝛẽtia p̃ſentibus religioſis viris dominis Andrea pꝛioꝛe clauſtrali ⁊ Gulielmo Bonauẽtura Doffo Henrico ſalui Franciſco Bartolo.Andrea de pileſtris ⁊ benedicto monachis dicti monaſterij ⁊ capitulum ⁊ tanq capitulum dicti monaſterij de mãdato dicti pꝛioris moꝛe ſolito cõgregatis pꝛeſentauit ⁊ exhibuit dicto domino epiſcopo quaſdam literas infraſcripti domini Joannis cardinalis legati eius vero ⁊ ſolito ſigillo cum choꝛdula alba pendente munitas quarum tenoꝛ talis eſt.Joannes miſeratione diuina ſancti Theodoꝛi diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legatus venerabili in Chꝛiſto patri domino epiſcopo Felluſieñ.ſalutẽ in dño.dilecti ĩ Chꝛiſto cenobij quõdã Richi oꝛdinis p̃dicatoꝛũ fratrũ monita pꝛomerẽtur anime ſue ſaluti quantum rationabiliter poſſumus ꝓuidere curemus. Cum itaq ſicut oblata nobis ſua p̃catio continebat ab oꝛdine ipſo nuper licentiatus exiſtat ⁊ cupiat ſicut aſſerit in monaſterio ſancte Marie abbatie Floꝛẽtie vulgariter nũcupate oꝛdinis ſancti Benedicti ſub ipſius oꝛdinis regula dominio famulari:⁊ ibi vite ſue reliquias conſummare. Nos ſuis ſupplicationibus inclinati volentes eum in huiuſmodi ſuo laudabili pꝛopoſito cõfouere paternitati veſtre autoꝛitate qua fungimur pꝛeſentiũ tenoꝛe committimus ⁊ mandamus quatenus ſi eſt ita eundem cenobiũ faciatis autoꝛitate noſtra in monaſterio pꝛedicto in monachum recipi atq fratrem ⁊ ſyncera ĩ domino charitate tractari ſibiq habitum eiuſdẽ monaſterij ac de communibus fructibus ⁊ pꝛouentibus illins ſicut vni ex alijs monachis poꝛtionem integram exhi

heri conſtitutionibus ⁊ ſtatutis predicti monaſterij de nō recipiendis
apoſtatis ⁊ quibuſlibet alijs in contrarium editis:dum tñ per ſedem
apoſtolicam nō fuerint confirmate non obſtantibus quibuſcūꝗ. Da
tum ſenis Jdibus octobris pontificat⁹ ſanctiſſimi patris ⁊ dñi noſtri
dñi Joānis pape.xxij.Anno decimonono.¶Itē preſentauit ⁊ exhi
buit dicto domino epiſcopo quaſdam literas infraſcripti fratris Joā
nis ⁊ prioris vero ⁊ ſolito ſigillo prioris principalis fratrum predica
torum Romane prouincie cere rubee impreſſo munitos. Quarū lite
rarum tenor talis eſt.

Vniuerſis preſentes literas inſpecturis frater Joannes de
pōtatijs ordinis fratruꝫ predicatorū in romana prouincia
prior puincialis indignus ſaluteꝫ ⁊ ſynceram in dño cha
1 ritatem.†Juſtitia ſine qua multitudo gubernari non pōt
ſecundum grauitatem culparum ⁊ acerbitatem adhibet penaꝫ cū ius
ſuum vnicuiꝗ tribuens crimina diſtringens malis afflictionem ſecū
dum exigentiam tranſgreſſionem.¶Frater igitur cenobius de albie
tis de florentia qui grauiſſimam culpā cōmiſit in paraſceue apoſtatā
do acerbiſſima pena plecti ⁊ amaris dolorib⁹ caſtigari debebat quaꝫ
penam in penitentiam impoſitam ⁊ imponēdam:forte contumaciter
recuſauit.Ego igiꝛ ꝯſiderata beati Auguſtini ⁊ patris noſtri regula
que iubet reum emendatoriā ſubire vindictam:quam ſi nō tulerit de
noſtro ordine noſtraꝗ ſocietate mandat proijci. Viſo etiā ⁊ diligen
tiſſime inſpecto noſtrarum cōſtitutionū tenore qui grauiſſimā appel
lat culpam incorrigibilitateꝫ illi⁹ qui nec culpas timet admittere ⁊ pe
nas recuſat ferre.Quem dicit de noſtro ordine precidēdo de diffini
torū conſilio ⁊ aſſenſu ipſum fratrem cenobium qui iam profeſſionē a
corde abiecit habitum noſtre profeſſionis mando exui ⁊ a corpore no
ſtri ordinis tanꝙ inutile membrum non crudeliter ſed miſericorditer
ne contagione peſtifera ⁊ alios inficiat,precido.Hanc autē ſuam ſeue
ritatem ſecūdū ſamaritani exemplum vulneribus ſaucij vinū ⁊ oleum
infundentis pietate volēs compati a ſentētia excōmunicationis quā
propter apoſtaſiam incurrit abſolui.Jn cuius ſententie expulſionis ⁊
abſolutionis teſtimonium ſigillum noſtrum prouincialatus duxi pre
ſentibus appōnēdū.Datū in vrbe veteri in noſtro prouinciali capitu
lo.Anno dñi.M.cccxxxi.die.xxij.menſis Septembris.¶Eidemꝗ
dño epō humiliter ſupplicauit quatenus ad executionem eorum q̄ in
dictis literis dñi legati continentur pcedere dignareꝛ.Qui dñs epš
debita cum reuerentia receptis lectis ⁊ conſideratis literis ſupraſcri
ptis volens contenta in dicti dñi legati literis iuxta cōmiſſionem ſibi
factam exequi reuerenter queſito primo per dictum dñꝫ epiſcopum a
priore ⁊ monachis ſupradictis ſi cōſtitutiōes dicti monaſterij de non
recipiendis apoſtatis ſint per ſedem apoſtolicam ꝯfirmate:⁊ ipſis re
ſpondentibus ⁊ aſſerentibus qȯ per ipſam ſedem non fuerunt confir
mate authoritate ꝯmiſſiōis ⁊ mādati ſibi facti per literas ſupradictas
monuit dictos Andream priorē Gulielmum Bonauenturā Doffa
ni Henricum ſalui.Franciſcum Berto.Andream ⁊ Benedictum vt
iuxta dictarum literarum cōtinentiam eundem Cenobium in dictum
monaſteriū ⁊ in monachum reciperēt atꝗ fratrem:atꝗ ſyncera in do
mino chariate tractarēt ⁊ ſibi habitum dicti monaſterij ac de commu
nibus fructibus ⁊ prouentib⁹ illi⁹ ſicut vni ex alijs monachis portio
nem integrā miniſtrarent.Qui dñs Andreas prior ⁊ omnes alij mo
nachi ſupradicti volentes monitionem predictam exequi reuerenter
eundem cenobium pacis oſculo in dicto monaſterio receperūt in mo
nachum atꝗ fratrē ſibi dicti monaſterij habitū exhibentes.Qui dñs
cenobius predicta oīa acceptans humiliter ⁊ deuote genibus flexis ⁊
manibus iūctis fecit ⁊ promiſit dicto epiſcopo vicario dicti dñi Car
dinalis recipiēdi pro dicto domino cardinali tanꝙ ſuo dño ⁊ prelato
obedientiam ⁊ reuerentiam conſuetam ⁊ mandans dictus dñs epiſco
pus mihi Soldo notario ⁊ ſcribe qȯ de predictis publicum cōficereꝫ
inſtrumētum.Actum florentie in capitulo dicti monaſterij preſentib⁹
preſbytero meliore capellano dicti dñi epiſcopi:ſed ſancto:ſer cautis
notarijs.Et Franciſco dñi ſananennis de florentia teſtibus ad hoc ro
gatis.Ego dictus Soldus paleſim de piſtorio Jmperiali autoritate
notarius ⁊ index ordi.Et nunc ſcriba dñi epi predictis oībus interfui
eaꝗ de mandato dicti patris ⁊ rogatu dicti domini cenobij ſcripſi ⁊ fi
deliter publicaui.¶Queritur an dictus cenobius ſit cenſendus ver⁹
monachus abbatie predicte.Et quia ex diſtinctione negotium magis
clare fit.facit de reſcriptis.c.ſuper literis.⁊ etiam quia per queſtiones
diſtinctas ⁊ particulares magis liq̄t natura totius.Jdeo in preſenti
queſtione vtor diſtinctione.Et primo quero an iſte cenobius ſi abie
ctus intelligatur habere licētiā tranſeundi ad eam religionem.¶Se
cūdo an litera legati ſibi ꝯceſſa ſup dicto monachatu valeat.¶Ter
tio an proceſſus habitus per epiſcopū feſulon.teneat.¶Quarto an
receptio monachorum teneat cū eum tractauerint vt monachum nec
ne.Et dico quod non cenſetur licentiatus imo abiectus cum ignomi
2 nia.†Nā licētiatus proprie dicitur qui de licentia ſuperioris ad aliuꝫ
ordinem tranſit:vt extra de regula.licet argumentuꝫ eſt dubium.cum
ſimi.Et qȯ talis abiectus cenſeatur cā ignominie.facit de ſtatu mona.
ea que.Nam aliud eſt eſſe abiectū:aliud fugitiuum ſiue apoſtatam.vt
in regula.c.vlti.⁊ in extrauaganti benedicti paſtor bon⁹.quia ibi ponū
tur vt diuerſa.Nec etiam fit ibi mentio de licentiatis ⁊ quare.qꝛ licen
tiati tranſiuerunt cum licentia ⁊ debito modo:vt ſic non ſint reuocan
di:facit optime de renuntia.quidam.vbi obtenta licentia renuntiandi
compellitur renuntiare.Et ita obtenta licentia tranſire.Sꝫ alij vt fu
gitiui abiecti ſunt reuocandi.vt in iuribus preallegatis.ergo non ſunt
licentiati poſtꝙ compelluntur tales eos reuocare annuatim.facit opti
me ⁊ videtur caſus legis.ff.de his qui not.inf.l.qȯ ait pretor.ff.igno
minie cauſa.vbi patet ꝙ ſimpliciter remiſſus non intelligaꝛ remiſſus
ignominie cauſa.Sed quando ignomine cauſa remittitur tūc ſemper
hec exprimitur.Sꝫ hic in caſu noſtro exprimitur ꝙ ignominie cauſa
abijcitur:ergo non eſt ſimpliciter licentiatus cū cauſa ignominie eſt re
miſſus ſiue abiectus.Jtem ex alia cauſa patet quod ignominie cā fuit
remiſſus ſiue abiectus.Nā fuit exantoratus inſignijs militaribus,id
eſt inſignijs religionis:vt patet in dicto.§.ignominie.ergo tamen ra
tione expreſſionis facta in remiſſione ſiue abiectiōe ꝙ ratione exauto
rationis cenſetur ignominie cauſa remiſſus ſiue abiectus:ergo nō po
teſt dici talis licentiatus cum iſta ſint valde diuerſa:vt ſupra dictū eſt
certe non video quomodo.Jtem vt patet litera abiectionis non datur
ei licentia vt tranſeat ad aliquem ordinem vel monaſteriuꝫ imo dicūt
doctores ꝙ nunꝙ abbas debeat monacho ſuo dare licentiam tranſeū
di ad alium ordinem niſi primo habeat monaſterium paratuꝫ:alioqn
eſt apoſtata ſi aliter recedit:vt no.Jnno.⁊ Hoſti.de renūtia.c.vltimo.
ergo patet qȯ etiam ſi eſſet in litera abiectionis dictuꝫ qȯ tranſiret ad
aliquā religionē nō expreſſo certo monaſterio ꝙ non poſſit dici licen
tia:qꝛ cōtra ius eſſet data ergo quatenus magiſter in litera abiectiōis
nihil ibi de hoc dicitur:imo ſi bene cōſidereꝛ litera abiectionis qȯ eſt
valde notabile per que euidēter cōcluditur qȯ licētia dici nō poteſt q̄
nō eſt.Jtē ad ſecundum dico ꝙ litere legati nulle ſunt ipſo iure.Nam
ſunt impetrate tacita veritate ⁊ expreſſa falſitate non valent vt patet
de reſcrip.ſuper literis.imo de iure cauetur quod in talibus literis nō
debet aliquid ſubticeri qȯ deberet animū cōcedentis ad denegandum
vel ad dandū mouere.vt in.d.c.ſuper literis.in glo.Ex hoc.⁊ Joā.an.
de reſcrip.in.c.gratia.lib.vj.in gloſſ.quia ⁊ hoc de reſcrip.poſtulaſti.⁊
Archi.de preben.non poteſt.lib.vj.⁊.j.q.vij.hi qui.cum ſimilibus.Sꝫ
quis habes diceret ꝙ legatus ꝯceſſit ꝙ fuiſſet deiectus ꝓpter ſua de
merita tam turpia.⁊ qȯ die veneris ſancti apoſtatauerit:certe null⁹ du
bitat quod taleꝫ literam ei nō dediſſet:imo expreſſit quod erat licētia
tus:vt patet in litera:qȯ erat falſum:vt ſupra patet ⁊ p formā ſue abie
ctionis.Et ſic legatus debuit intelligere de licentia debita ⁊ ex cauſa
probabili ⁊ non ignominioſa.facit.C.de his qui veni.etatis impetra.
l.ſi.ergo vt dictū eſt litere per quas fuit exceptio facta de eo ſunt nul
le.vt de reſcriptis.c.ad audientiam.ij.Jtem ad hoc etiam facit:quia
quando aliquid predicatur per prius ⁊ per poſterius ſimpliciter ꝓla
tum intelligitur datum per prius vt no.ff.ſi ager vectigal.vel emphy.
l.j.vbi nomine dominij intelligitur directum non vtile:ergo idem de
licentia.¶Jtem ſi bene conſideres in litera legati dicitur ſi ita eſt:ta
men ita non erat,nec epiſcopus ſuper hoc fecit inueſtigationem vt
patet in proceſſu epiſcopi feſulani.⁊ ſic exceſſit formam mandati:⁊ ſic
non valet quod factum eſt per epiſcopum etiā ſi litere legati valerent.
facit de reſcrip.c.cum dilecta.nam talia mandata ſunt ſeruanda dilige
ter.vt de prebendis.cui de non ſacerdotali.li.vj.ff.manda.l.diligenter.
cum ſimilibus cum ergo iſte litere ſunt nulle ⁊ proceſſus nullus ratio
nibus ſupradictis patet quod receptio monachatus nullus eſt:quia
vigore iſtarum literarum ⁊ proceſſus eſt receptus.¶Jtem an tertiū
dico quod talis proceſſus eſt nullus ⁊ hoc per iura ſupra allegata.Nō
obſtat ſi dicatur quod ſi mandetur alicui quod prouideat de tali bñfi
cio perſone:quod teneat prouiſio etiā ſi prouideatur perſone non ido
nee:vt no.Jnnocen.de pſump.c.vltim.Et tāgit Jo.and.de officio de
leg.iudices.in clemen.quid ſi bene cōſideretur conditio iſtius qui im
petrauit literas in conditionem ⁊ non in monitionem:vt per nota.ibi
per dictos docto.Et ſi qȯ ſit ſtante conditione nullum eſt aliter quā
do alicui mādatur prouideas tali ſi eſt idoneus tunc cum prima facie
quilibet preſumatur idoneus.vt in dicta decreta.vlti.niſi appareat cō
trarium non eſt neceſſaria aliqua probatio ſiue examinatio vt ille ha
beat ſe probare idoneum.Sed quando dicitur ſi habuit licentiam vel
id ſimile:certe licentiam non preſumitur habere niſi eam oſtēdat:ſicut
dicimus preſumitur idoneus probetur contrarium.Sed hec licentia
non oſtendit ſe propter demerita ſua deiectus.Et ſic cum non habuit
licentiam ⁊ mandabitur ſub conditione ſi habuit licentiam patet ex
preſſe quod illud quod factum eſt per epiſcopum feſulanum nullum
eſt vt in iuribus ſupra allegatis.¶Jtem ad quartum dico quod rece
pto monacho quod tractauerint eum vt monachum nō facit eū mo
nachum:planum eſt quod iſti monachi ſemper nitebātur conſenſui ⁊
literis dicti legati ⁊ proceſſui epiſcopi.Nam hoc patet quia eſt māda
tum eis vt recipiant eum iuxta literarum dictarum continentiam do
mini legati ⁊ ſic receperūt ⁊ ſic ſemper intēdebāt ⁊ tractauerunt iuxta
continentiam dictarum literarum.Sed continētia litere ⁊ proceſſus
erāt nulli ⁊ ſic receptio nulla.Nā preſumunꝛ manere in ea voluntate in
qua erant tēpore receptionis niſi probetur mutata:vt de bapt.maio
res.⁊ quod metus cauſa.c.perlatum.⁊.ff.de probatio.eum qui.⁊.ff.de
leg.ij.

leg.ij.l.lucius.cum ſimilibus.imo etiam ſi conſenſerint expreſſe ꝛ rece
piſſent eum non obſtantibus literis proceſſus legati ꝛ epiſcopi nõ va
leret. Ratio eſt qꝛ receptio monachorum ad abbatẽ ꝛ monachos di
cti monaſterij ſpectat tã de iure ꝙ̃ de cõſuetudine vt de ele.cũ eccleſia
vulterana.in gl.ij.ergo eorũ receptio nõ faceret aliquã monachũ.imo
erat neceſſarius conſenſus legati:qꝛ tũc litera abbatis erat in illo mo
naſterio ex eo qꝺ erat commendatarius illius monaſterij ꝛ legatꝰ nõ
mandat eum recipi vt abbas.imo vt legatus:vt patet ex forma litere
legati.imo etiã legatus vt cõmẽdatariꝰ ꝛ ipſi non poſſent eũ recipe
re quia ſi bene conſideretur ipſe fuit abiectus de ordine predicatorũ
vbi eſt maxima obſeruãtia regularis,ꝛ in monaſterio predicto nõ eſt
tanta obſeruantia vt in ordine predicto vt eſt notoriũ.facit de reg.c.
ſane.imo forte etiam nõ potuiſſet tranſire de licẽtia vera ꝛ expſſa do
mini legati ꝙ̃uis ſibi fuiſſet veritas expſſa. ¶ Facit optime ad predi
5 cta decr.ſane. † Nam ꝙ quis trãſeat de maiori ad minorẽ ſolus papa
diſpenſat.no.Jo.an.ꝛ Jo.mona.de prebẽ.c.cũ ſingula.lib.vj.Et ſic cũ
iſte nõ trãſiuerit legitime eſt in caſu reuocatiõis iuxta formã predi
cte decr.paſtor bonꝰ.patet qꝺ etiã ius monachatꝰ nõ teneret nec trã
ſitus. Non obſtat ſi dicatur amice licet non facerent eum monachum
eo quod tractauerũt eum vt monachum qñ viuebat legatꝰ eo quod
ad legatũ vt cõmẽdatariũ ꝛ cõuentũ ſpectet creatio monachorũ:tñ
poſtꝙ̃ legatus mortuꝰ eſt eum tractauerunt vt monachũ ꝛ tunc ipſi
poſſunt facere monachos monaſterio carẽte abbate:vt de reg.c.ſi ad
ſolum.lib.vi. ¶ Certe vt ſatis dictum eſt:nõ cõſenſerunt de nouo:ſed
intelliguntur durare in illo primo cõſenſu vl' etiã nõ poſſent facere vl'
recipere expſſe nedũ tacite vt ſupra ꝓbatũ eſt. ¶ Itẽ qꝛ per ſpeciale
priuilegium apoſtolicum eſt indultũ ordini predicatorũ ꝙ dicti ordi
nis profeſſi nõ poſſint aſſumi vel tranſire ad monachatũ nigri habi
tus.Et aduerte qꝛ ſi bene conſideres non inuenies qꝺ iſte dominꝰ ce
nobius fecerit obedientiam cõſuetam epiſcopo recipiẽti vice ꝛ nomi
ne legati.qꝛ iſta talis ꝓmiſſio obedientie non inducit profeſſionem
regularem.Nã talẽ promiſſionẽ promittunt clerici:vt de maio.ꝛ obe.
in.c.his que.Sed quando quis tranſit de vna religione ad aliam li
cet in prima fecerit profeſſionẽ tñ in ſecunda debet facere ꝓfeſſionẽ
maxime vbi regule ſunt diuerſe ſicut eſt regula ſancti Auguſtini quã
habent predicatores.ꝛ regula ſancti Benedicti quã habẽt monachi
abbatie florentie prenominate.Et ſic patet per ſupra allegata quod
iſte dominus cenobius qui nõ eſt neqꝫ fuit vnꝙ̃ monachus in dicto
monaſterio abbatie:ſic eſt inde reijciendus tanꝙ̃ intruſus. ¶ Et ad
maiorem firmitatem ego Franciſcus archipreſbyter ꝛ canonicꝰ flo
rentie ꝛ doctor decretorum preſens cõſiliũ mei proprij ſigilli appẽſiõe
duxi muniendũ. ¶ Ego Frãciſcꝰ petri de magiſtris archipreſbyter ꝛ
canonicus florẽtinus doctor decretorũ ſicut ſupraſcriptũ eſt:ꝛ allega
tum ſentio atqꝫ cõſulo ꝛ ad maioris roboris firmitatẽ huic ꝑſenti cõ
ſilio me ꝓpria manu ſubſcripſi ꝛ mei ſigilli appẽſione duxi muniẽdũ.
¶ Ego Recuperꝰ guilielmi de ſancto Miniate decretorũ doctor
ſupradictis omnibus aſſentio:ꝛ ita cõſulo vt ſuperius ꝯtinet:in cuiꝰ
rei teſtimonium ꝑdicto ꝯſilio me ꝓpria manu ſubſcripſi ꝛ ſigillũ meũ
apponi mandaui. ¶ Ego Simon quondã bernardi iudex de Bagi
nolo vna cũ predictis dominis Frãciſco ꝛ recupero eorũqꝫ autorita
te ſieri cõſului ꝓut ſupraſcriptũ eſt a dño Põtio cõſultus.ꝛ ideo ſi
gillum meum appoſui ꝛc. ¶ Ego Jo.an.põderatis omnibꝰ que ſcri
pta ſunt diligenterqꝫ libratis motiuis dñorum Franciſci Recuperi
mõtis conſulentium ꝛ ſubſcribentium:vt ſupra patet ꝛc.

Chriſti eiuſqꝫ matris ac beati Hieronymi noĩbus ꝛ ſuffra
giis inuocatis.Idẽ cõſulo ſcilicet fratrẽ Cenobiũ de quo
querit nõ eſſe nec fuiſſe ſupra deſcripta monachũ ipſius
monaſterij qꝺ dicit abbatia.ꝛ motiuis dictorũ dñorũ ad
dendo notandũ eſt ꝙ in lr̃a dñi legati ille ſe dixit nuꝑ licentiatũ.ꝓba
uit aũt corã executore ſe vltra trienniũ prius eiectũ.qua electione ꝛ ſi
licentiatus dici poſſet ꝙ negatur nõ tñ nuper ſe vltra triennium fue
rat prius data.Nõ eſt ergo illa quam videre debuit executor.Naz vt
doctores dicũt:nuper eſt aduerbiũ cõpoſitũ ex nouũ ꝛ tempus:qua
ſi noui pro nouiter.Cũ aũt vltra ſex menſes dicit diu.de cõceſ.ꝑb.c.ij.
de hoc ſcripſi de fide inſtru.c.fi.ergo vltra trienniũ nõ eſt nuper,maxi
me in hac materia:qꝛ ꝛ vnica die monachus ſine monaſterio eſſe non
debet.xvj.q.i.placuit.el.ij.hoc aũt expſſo merito mouiſſet legatũ ad
denegandum:vt.ſ. cum diuturnitas temporis aggrauet culpã.iura
ſunt nota. ¶ Secũdo aduertendum niſi fallentia.in cõputo fuit fal
ſa:ant inſtrumentũ ſuper executione confectũ intuenti enim ꝙ annꝰ
primꝰ põtificatꝰ pape Joãnis inchoauit anno natiuitatis dñi.M.
cccxvj die.v.Septembris qui tũc erat annꝰ incarnatiõis.M.cccxvij.
facile cõſtare poterit ꝙ.xix.die Octobris currẽte anno.M.cccxuij.
ꝑcedit idus id eſt.xiij.diem Octobris anni dñi põtificatꝰ pape Joã
nis fore in integro anno,ſcꝫ.vj.diebus minꝰ.Et ſic cõcluditur execu
tionẽ litere factã quaſi per annũ ante datã litere. ¶ Tertio aſſero me
pertinaciter tenere ꝙ etiã ſi noua inſtitutio dñi noſtri non emanaſſet
4 nec tũc viguiſſet ꝑdictorũ priuilegiũ:de quo.ſ.dixi. † Veri apoſtate
ſunt fratres ꝑdicatores trãſeũtes ad nigros monachos nõ ſeruãtes
regulã Benedicti.vt plene ſcripſi i ꝑdicta decre.ſane de regu.ꝛ iuxta
predicte aſſertionis teſtimoniũ huic ſcripture manu mea propria feci
certum ſigillum appendi ꝛc. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xcviij.

1 Sentẽtia poteſt cõfirmari in cauſa appellationis quo ad merita
cauſe.
2 Allegans in appellatione ſua vnam cauſam poteſt ab illa recedere ꝛ
aliam probare.
3 Accuſatus poſt denũtiationem nõ põt accuſationẽ ꝯtra aliũ inchoa
re:tamen ante donationem proſequi ꝛ implere poteſt:poſt damna
tionem non.
4 Cauſa nullitatis interpoſita ante prolationẽ trium ſententiarũ non
debet impediri propter ſententias ſuperuenientes.

Saluatoris noſtri Jeſu chri
ſti inuocato preſidio.Attingã iuxta ordinẽ quatuor dubia
que ex facto eliciunt. ¶ Primũ eſt nunquid vltimꝰ auditor
qui dictam trinaz ſentẽtiã tulit potuerit poſt dictã ſniaz decernere re
miſſionem predictã cũ per ipſam ſniaz fuerit quo ad caſuz nullitatis
officio ſuo functus:ꝛ abiectis argumẽtis que ad partem ꝯriam fieri
poſſent:arbitror dictam remiſſionẽ fieri potuiſſe non obſtante ſenten
tia lata ſuper appellationis inſtantia Mouet me ad hanc ſniam pri
cipaliter qm̃ cauſa nullitatis ꝛ appellatiõis poſſent deduci ſimul ꝛ i
eodem libello ſeu iudicio ſm omniũ doctor ſniam quaz communiter
approbat cõis ſtilus iudiciorum:lꝫ aliqui doc.antiqui declinauerit i
ꝯtrariã ſniam. ¶ Primo tñ potior:ꝛ cõmunior:vt nota.per Bart.ꝛ
alios in.l.ſi expreſſim.ff.de appel.ꝛ.l.j.C.que ſen.ſine ap.reſcin.Notat
per Canoniſtas in.c.dilecto.de appel.poſſunt etiam iſte due cãe nul
litatis ꝛ appellationis redaci ſeparatim etiã diuerſo tẽpore:vt i cle.
j.de re iud.iuncta gl.in ver.donec.ꝛ qꝺ plus eſt:ꝛ nullitate agi poteſt
etiam poſt appellationẽ deſertam:vt in.c.licet.de ſen.excõ.li.vj.ꝛ no.
in.c.ſepe.eo.tit.in antiquis actis etiã poſt tres ſnias latas ſuper eodẽ
articulo:vt i.d.cle.j.iũcta prealle.gl. Cũ ergo iſte due cauſe nullitatis
ꝛ appellationis ſint diuerſe ꝛ diuerſi effectꝰ per ſniam quaz iudex ꝓ
fert ſuper inſtantia appellationis nõ põt dici ꝙ ſit functꝰ officio ſuo
ſuper cauſa nullitatis:qꝛ vbicũqꝫ plures cauſe cõmittuntur iudici ni
ſi expreſſe fuerit ſic dictũ in cõmiſſiõe vt ſimul illas decipiat:ꝑ ſniam
latam in vna cauſa nõ dicit functus officio ſuo q̃ ad reliquas nondũ
diffinitas.vñ põt ad deciſionez aliarũ cauſarũ ꝓcedere:vt probatur
in.l.quid tñ.de arbi.quod ꝓcedit etiam ſi tales ſint cauſe q̃ ſm earuz
naturam habẽt aliquã in ſe connexitatem vt petitoriũ ꝛ poſſeſſoriũ
ſup eadez re que ꝓpter identitatẽ debent coram eodem iudice tracta
ri.vt in.c.j.de cau.poſſ.ꝛ proprie.ꝛ in.c.nulli.C.de iudi.ꝛ in.c.fi.eod.ti.
Et tamen iudex qui tulit ſententiam in poſſeſſorio non dicit ſuo offi
cio functus quo ad petitoriũ:lꝫ ambe cauſe eidẽ iudici fuerint ſimul
commiſſe:vt in.c.ad vltimũ.de cau.po.ꝛ proprie.ꝛ.c.ſignificauerunt de
teſti.ꝛ.c.cũ ad ſedem.de reſtit.ſpo.ꝛ facit cle.vnica.de cau.poſſ.ꝛ pro
prie.vnde in caſu noſtro fuerũt vltimo auditori ꝯmiſſe cauſe nullita
tis ꝛ appellationis:lꝫ ipſe iudex ſniam tulerit ſup inſtantia appella
tionis nõ per hoc põt dici functus officio quo ad cauſaz nullitatis:ꝛ
per conſequens in caſu nullitatis remanſerit iudex potuit decernere
ſuper illo remiſſionẽ ad partes cũ per illã ſniam latã ſuper appella
tionis inſtantia nõ ſit ſopita queſtio nullitatis:qꝛ vt.ſ.dixi iſte cauſe
1 diuerſe ſunt. † Nam põt ſnia confirmari in cã appellationis quo ad
merita cauſe.Et tamẽ prima ſnia potuit eſſe nulla ex defectu ordinis
iudiciarij:qꝛ fuit lata in die feriata ſeu alio reſpectu:hinc eſt quod iu
ra voluerunt ꝙ etiam poſt deſertam appellationem ſuper cauſa poſ
ſit agi de nullitate. vt preal.cle.j. ¶ Hoc etiã aperte probat in ſimi
li.in.d.cle.j.in.§.ſimiliter.iuncta gl.in verbo ipediri.vbi patet quod ſi
ante appellationem tertie ſnie cõfirmãtis duas ſnias ꝑcedentes non
impeditur ꝓſecutio appellationis precedẽtis a grauamine:fortiꝰ er
go dicẽdũ in cauſa noſtra cum cã nullitatis ſit neceſſarior ꝙ̃ cauſa ap
pellatiõis a grauamine:nõ ergo debet ipſius cognitio impedire per
prolationem tertie ſnie ꝛ preſertim cum nec fuerit de mente iudicis
proferentis tertiam ſniam qui immediate poſt illam tertiã ſniam de
dit remiſſionem ad partes ad probãdos articulos datos in ipſa cau
ſa nullitatis.Ex his eñ que incõtinẽti ſecuta ſunt colligitur ſatis iu
dicis animꝰ ꝙ priores ſnias ꝯfirmauerit quo ad merita cauſe non au
tem quo ad cauſaz nullitatis corã eo pẽdentẽ:alias fuiſſet ſibi cõtra
rius qꝺ nõ eſt ꝑſumendũ ex quo incõtinẽti ꝓceſſit ſuper cauſa nullita
tis.argu.in.l.nõ ad ea.ff.de condi.ꝛ demõ.ꝛ.in.l.lecta.ff.ſi cer.pet.ꝛ in
c.officij.de elec. ¶ Preterea ſi de nullitate põt agi poſt tres ſnias vt i
d.cle.j.iuncta.gl.preal.in ver.donec.fortius debet poſſe procedi ſuper
cauſa nullitatis iam attẽtata per lationẽ triũ ſniarũ cũ minor ſuſpi
cio calũnie oriatur hoc caſu ꝙ̃ in precedẽti.argu.in.l.is qui reus.ff.de
publ.iudi.Et hoc quo ad primũ dubiũ.Nunc ſecũdum attingam du
biũ quo querit an decretũ dicte remiſſionis fuerit ſuperfluũ ꝛ conſe
quenter indebite ꝛ fruſtra cõceſſuz ex eo qꝺ de aliis nullitatibꝰ vltra
illam que ſurgebat ex falſitate dicti inſtrumẽti cõſtare videbatur ex
articulis per dictuz Bar.datis:licet iudex ipſos nõ acceptaſſet. Nec
in cauſa nullitatis concluſum fuiſſet.Ad qꝺ quidem dubium mihi

ōimodo videt̄ rñdēdū negatiue,videlicet ꝙ illud decretū remiſſiōis
non fuerit ſuperfluum:lȝ ex alijs articulis plenius potuiſſet conſtare
de nullitate.moueor principaliter,qꝛ nemo ꝓhibetur pluribus exce-
ptionibus ſeu defenſionibus vti:lȝ quelibet exceptio ſeu defenſio ꝑ
ſe ſufficiat cū nō debeat qs ſe arctare ad vnā ſpeciem exceptionis ſeu
defenſionis cū poſſet in illa defectus probationū deficere ꝛ alijs nō
ꝓpoſitis iniuſte ſuccūbere:vt probat̄ in regula:null⁹ pluribus.de re
gu.iur.li.vj.ꝛ.l.nemo.de reg.iur.ꝛ que legunt̄ ꝛ no.in.c.ij.de reſti.ꝛ in
c.exhibita,de iudi.ꝛ in.c.cū iamdudū.de appel.ꝛ in.c.audita,ď reſti.
ſpol.ꝛ in.c.conquerente.de cleri.nō reſi.ꝛ in.c.auditis.ꝛ in.c.cū olim.
de preben.plene per glo.in.d.reg.nullus pluribus,clare patet qđ va
rijs defenſionibus quis vti:pōt in eadē cauſa.lȝ omnes nō ſint neceſ-
ſarie ad victoriam obtinendam.Sed ad cautelam pōt qs vti hmōi
diuerſitate vt ſi probationes deficiant in vna poſſit obtinere ex alijs.
Non enim eſt anguſtanda copia probationum.l.curēt.ff.de teſti.Et
optime facit ad predicta.c.ſi forte.de elec.lib.vj.ꝛ in.c.vt circa.eo.ti.
ꝛ lib.ꝛ preſertim hoc dicendū in caſu noſtro in quo iſte allegās nulli
tatem ſententie pñcipaliter fundauit ſe ſuper defectu citationis.Nā
talis defectus indubitanter reddit ſñiam nullā cum citatio ſit funda
mentū iudicij.vt inſti.de pena teme.liti.prope fi.ꝛ.iij.q.ix.capitu.ca
ueant.ꝛ.c.ij.irrutū.ꝛ in.l.de vnoquoq;.ff.de re iud.ꝛ in.c.eccleſia ſan
cte Marie.de conſti.vnde non debet iſta exceptio nullitatis tāꝙ pn
cipalis ꝛ indubitata excludi ob alias exceptiones nullitatis.de qb⁹
poſſet forte in iure vel in facto dubitari.ꝛ fortaſſis prōptiores erūt ꝓ
bationes ad defectum probationis ꝓbandū ꝙ reſpectu aliarū defen
ſionum nullitatis.¶Ex quibus concludit̄ ad ſcdm dubiū ꝙ decre-
tum dicte remiſſionis nō fuit fruſtratoriū nec fuit iniuſtū lȝ alie nulli
tates fuerint allegate.ꝛ ad pdicta bene facit tex.in.l.ſcio qſitum.in
2 fi.ff.de appel.vbi patet † ꝙ allegans in appellatiōe ſua vnā cām po
teſt ab illa recedere ꝛ aliam ꝓbare:qꝛ pōt prouocationem ſuā qbuſcū
q; modis iuſtificare.vt ibi dicit tex.in fi.¶Ad quod optime facit ꝙ
no.Bart.in.d.l.ſi expreſſum.in verſi.quero ſi proſecutus eſt.ff.de ap-
pel.vbi plus dicit ꝙ ſi quis vnā cauſam nullitatis tm̄ expreſſit in li-
bello ꝛ ſuccubuit,pōt poſt modū aliā cauſam nullitatis ꝓſequi ſicut
in reali dicimus.vt in.l.ſi mater.§.j.in.l.ꝛ an eandem.§.actione.ff.de
execu.rei iudi.ꝛ in.c.abbate ſane.de ſen.ꝛ re iudi lib.vj.¶Fortius er
go a principio pōt plures nullitatis cauſas proſequi.vt i iurib⁹ pro-
xi.ſ.alle.¶Ad tertiū dubium vȝ vtrū ante executionē dictarū triū
ſñiarū poterit de cauſa nullitatis ante dictam tertiā ſentētiam intro
ductam cognoſci ꝛ ſup ea pronūtiari ꝛ videtur primo ꝙ nō ꝑ tex.in
d.cle.j.de re iudi.in.j.rñſo.vbi dicitur ꝙ is qui contra tres ſententias
reprobauit non debet admitti ad agendum vel excipiendū de nulli
tate ipſarum vel alicuius ex eis donec huiuſmodi ſentētie plenarie
fuerint excutioni demādate.Cum ergo iſte de quo queritur reporta
uerit tres ſentētias contra ſe non debet admitti ad agendum vel ex
cipiendū de nu llitate ante executionē dictarū ſententiarum.Nec di
ctus tex.diſtinguit vtrū pus fuerit intentata cauſa nullitatis vl' poſt
ea intentet̄:ſed ſimpliciter excludit a facultate agēdi vl' excipiēdi an
te executionem ipſarū ſñiarum:lȝ ergo iſte de quo queritur fuerit ad
miſſus ante prolationem trium ſñiarum in cā nullitatis tn̄ poſt ipſa
rum trium ſñiarum prolationem nō debet amplius admitti:cū ex ꝓ
latione ipſarum ſñiarum illico ſurgat calūnia preſumpa cōtra agen
tem.¶Sed his tn̄ non obſtantibus cōtrariam ſententiam arbitror
de iure veriorē,vȝ ꝙ etiam ante trium ſñiarum executionem poſſit
in dicta cauſa nullitatis fieri ꝓſecutio dummodo per ipſum ſuccum
bentem in principali nullum preſtetur circa trium ſententiarum exe
cutionem impedimentum.Et primo ad hanc ſñiam ſuadet plurimū
tex.in.d.cle.j.ꝛ primo hoc modo inducēdo.diſpoſitio enim illi⁹ cle.
j.q̄ vetat quē poſſe agere vl' excipere de nullitate ante executionē triū
ſententiarum eſt iuris noui inductoria,vt patet ex prin.ibi,vt calum
nijs litigantiū obuiet̄ ꝛc.merito debet in terminis ſuis dūtaxat habe
re locum cū veniat in preiudiciū agētis vel excipientis de nullitate.
ar.in re.odia reſtringi.de reg.iur.li.vj.ꝛ in.l.ij.§.ſi quis a principe.ff.
ne quid in lo.publi.ſed tex.ibidem loquitur cū tres ſentētie ſint late
vt eo caſu non admittatur quis ad agēdum vel excipiendū de nulli
tate ante ipſarum executionē:in caſu aūt noſtro nō fuit actū vel exce
ptum de nullitate poſt triū ſententiarū prolationē vl' añ merito nō
vēdicet ſibi locū ille tex.in caſu noſtro.Nec ob.ſi dicat̄ ꝙ poſt ſñiam
tertiā ꝓſequendo cauſam nullitatis dicat̄ agere de nullitate,qꝛ dico
ꝙ non proprie dicitur nunc agere potius proſequi actionē prius in
tentatam ante prolationem tertie ſententie.Aliđ eſt eñ agere ď nul
litate poſt prolationē trium ſententiarū:ꝛ aliud proſequi actionē at
tentatam ante prolationem ipſarū.Quoniam tex.in.d.cle.preſumit
calumniā in agente vel in excipiēte de nullitate poſt tertiā ſentētiam
promulgatā:tū propter preſumptionē que orit̄ ex trib⁹ ſentētijs la
tis ſuper eodem:tum qꝛ quod nō licet tertio appellare preſumit̄ ca-
lumnioſe agere vl' excipere de nullitate ad hoc vt poſſit impedire exe
cutionē ſñiarum,que rationes ceſſant in caſu noſtro.Nā cū iſte ege
rit de nullitate ante prolationem triū ſententiarum cū illico poſt pri
mam ſñiam ꝓpoſuerit de nullitate:ꝛ ſic eo tēpore,quo ſibi cōpetat fa
cultas appellandi ceſſant dicte ꝑſumptiōes calūnie ꝛ impediēdi exe
cutionem ſentētie.Merito debet admitti ad ꝓſecutionē nullitatis
vt in propoſitio.Et pro hoc optime facit in ſimili tex.in.d.l.is, q re⁹.
3 ff.de publi.indi.vbi patet † ꝙ accuſatus poſt denūtiationē nō pōt
accuſationem contra alium inchoare:cū ante damnationē proſequi
ꝛ implere poteſt.poſt damnationem non:vt plenius habetur i.d.l.is
qui reus.ita in propoſito dicēdum videtur.Et pro hoc intelllectu vi
detur tex.in.d.cle.j.in.ij.rñſo.iūcta glo.in verſ.impediri.vbi habet ꝙ
ſi is cōtra quem late ſunt tres ſentētie appellauit a grauamine ante
prolationem ipſarum non impeditur poſt ipſarū prolationē appella
tionem ab interlocutoria prius propoſita proſequi.Ad ſolū ꝓuide
tur ibidem ꝙ pretextu appellationis nō impediat̄ executio ipſarum
trium ſententiarum.vnde aduertendum ꝙ tex.ibidem in ſecundo re
ſponſo nō loquitur ſicut in prima parte illius clement.Nā in prima
parte expreſſe dicitur quod poſt prolationem trium ſententiarū nō
admittitur qs ad agendum vel excipiendum de nullitate ante execu
tionem ipſarum ſñiarum.Sed in ſecūdo reſpōſo ſolum dicit̄ ꝙ pre
textu appellationis prius interpoſite nō ďbet impediri executio:vñ
nec ꝓhibet proſecutionē appellatiōis prius a grauamine interpoſi-
te.ꝛ hoc apertiſſime voluit gl.i ver.j.impediri.in fi.¶Et aduertēdū
ꝙ ille qui dicit ſe prius appellaſſe a grauamine dicitur in effectu ꝓſe
qui nullitatem ſentētie diffinitiue ſequentis,quia ſi appellatio ꝓnū
tietur legitima ſentētia ſequēs diffinitiua ē nulla tāꝙ lata ab eo cu-
ius iuriſditio eſt ſuſpēſa per legitimā appellationem.vt in.c.nō ſolū.
ꝛ in.c.ſi a iudice.de apel.li.vj.ꝛ in.c.ſuper queſtionū.i fi.de off.deleg.
Et nihilomin⁹ nō impedit̄ appellās ipſam ꝓſequi poſt ꝓmulgatio
nem tertie ſentētie dūmodo nō impediat̄ executio ipſarum ſñiarū.
4 Ita dicendū pūctualiter in caſu noſtro † ꝙ cauſa nullitatis iterpoſi
ta ante prolationem trium ſñiarum nō debet impedi propter ſenten
tias ſuperuenientes.Satis eſt eñ ꝙ virtus nō impediat executionē
ſententie.ꝛ pro opi.facit maxime equitas.ex quo enim cauſa nullita
tis intentata eſt tēpore legitimo nō debet impediri ꝓpter caſum ſu-
peruenientem.arg.in reg.factum legitime.cum not.ibidem in glo.de
reg.iur.lib.vj.ꝛ ne iudicialis inſtantia fruſtra euaneſcat:contra.l.ꝓpe
randum.C.de indi.¶Preterea ꝛ vltimo nullibi hoc prohibet̄ expreſ-
ſe ergo proſecutio impediri non debet.qꝛ qđ non eſt expreſſe ſancitū
ſuperſtitioſis nō eſt adinuentionibus ꝑſumēdū.vt in.c.cōſuluiſti.ij.q.
v.ꝛ hoc de tertio dubio.¶Ad quartū ꝛ vltimū in quo querit̄ an ſup
poſſit nullitate prime ſententie relique due ſentētie cōfirmātes pmā
que nulla fuit nulle ꝛ inualide cenſeri ꝛ indicari debeāt eoipſo ꝙ ꝯfir
ment ſñiam nullā:de cuius nullitate nō erat tēpore aliarū ſñiarū dua
rum plene cognitū nec diſcuſſum.Ad hoc dubiū faciliter rñdetur ꝑ
tex.in.d.cle.j.iuncta glo.in ver.donec.ꝛ in verſi.impedire.dico eñ qđ
i cauſa nulla ſentētia reddit efficaces al's ſentētias.ꝛ ſi facta fuit exe-
cutio debet illa retractari.Nā ſententia nō meretur dici ſentētia:vt.l.
iiij.§.condemnatū.ff.de re iudic.ꝛ alie ſententie ſequentes reddunt̄
ineficces tanꝙ nitentes prime ſñie que fuit nulla.arg.in.c.inter dile-
ctos.§.ceterum.de fid.inſtru.Preterea ſcda ſentētia ſeu eius effectus
fuit ſuſpenſus per ſequentem appellationē.¶Tertia autē ſentētia
non ſimpliciter cōfirmauit precedentē ſed ſolum quo ad merita cāe.
Unde reſpectu nullitatis iudex illico dedit remiſſionē ad partes:vñ
quemadmodum ꝓlatio triū ſñiarum antea latarū nō impedit quo
minus de nouo poſſit agi de nullitate ad effectū retractādi executio
nem illarū ſñiarum:vt in.d.cle.j.iuncta glo.in ver.donec.ꝛ in v.impe
trari.ita ꝛ forti⁹ tres ſentētie nō debēt impedire effectū cauſe nullita
tis ante prolationem trium ſñiarū intentatā.¶Et hec de quarto ꝛ
vltimo dubio dicta ſufficiāt ꝛc.¶Et ita vt.ſ.per me ꝯcluſum ē arbi-
tror iuris eſſe,ego Nicolaus abbas Monacē.Domini noſtri pape
referendarius ꝛ eius camere auditor.Et in teſtimoniū me ꝓpria ma
nu ſubſcripſi ꝛ ſigillū meum ſolitum apponi feci ſaniori iudicio ſem
per ſaluo ꝛc. Nicolaus Abbas.

¶Conſilium.xcviij.

1 Priuilegium lite pendente conceſſum de litis pendentia mentio
ne non habita non valet.
2 Innouatio fit ſi impetretur priuilegium tacite litis pendentie.
3 Superior non preſumitur in dubio iuri aliorum preiudicare.
4 Priuilegium quatenus tendit in aliorum preiudicium debet ſtricte
interpretari.
5 Secundum reſcriptū non inualidatur ex eo qđ non faciat mentionē
de primo ſi primum erat nullum.
6 Duo impuberes ſi intendant contrahere matrimonium cōtrahēdū
de preſenti exprimant verba apta ad matrimonium contrahendum
trahunt ſpōſalia de futuro.

IEſu Chriſti ſaluatoris no-
ſtri preſidio ex corde inuocato.In cauſa ꝛ queſtiōe que in
ꝑſentia vertit inter canonicos eccleſie in Celeracolſi:acto
res ex vna parte.ꝛ dñm Joānem meſſet plebanū ꝛ canonicum predi-
cte eccleſie collegiate ex parte alia,ſup reditibus ꝛ prouentib⁹ ꝑbēde
ꝛ canonicatus dicte eccleſie ad dictū Joannē pertinētib⁹ illđ de iure
requiritur

requirit an indulgentia ſeu gratia dicto domino Joāni per ſanctiſſimum dominū noſtrum Eugeniū papam ſuper percipiēdis fructibus ⁊ reditibus dicti canonicatus in abſentia ad quinquēnium conceſſa iure ſubſiſtat: ita quod ſine dictorū canonicorū ꝯtradictiōe poſſit libere reditus ⁊ fructus dicti canonicatꝰ percipere. Et primo ad materiam dilucidandā videt̄ dictā gratiam nulliꝰ fore momenti: ma-
1 xime in preiudiciū pendēte litis: qđ ſic probatur. † priuilegiū lite pēdente conceſſum de litis pendentia mentione nō habita iure nō ſubſiſtit: vt in. c. ſi. vt lit. pend. ⁊ cle. ij. eo. ti. iuncta glo. in ver. innouaui. ⁊ c. cauſam. el. j. de teſt. Sed predictum priuilegiū lite pendēte emanauit nec de illa mētionē egit. ergo dictū priuilegium nullum, ⁊ quod emanauerit lite pēdente: apertiſſime probari videt̄ per tex. d. cle. ij. vt lit. pē. vbi habet̄ quod lis pendere dr̄ quo ad hoc vt nihil innouet̄ poſt ꝙ̄ a iudice competenti citatio emanauerit ⁊ ad partē peruenit, dum tamē in citatione illa talia ſint expreſſa per que plene poſſit pars inſtrui ſup qbꝰ in iudicio cōuenit̄. Et clarius ad propoſitū hoc innuit
2 ibi glo. in ver. innouatuꝫ. † que dixit innouationē fieri ſi impetretur ꝓuilegiū tacite litis pēdētie. In caſu aūt noſtro talis ꝑceſſit citatio vel qđ verius eſt: lꝫ citatio fuerit generalis tamen comparāti dicto domino Joanni ex parte dictorum canonicorum fuit in iudicio petitū vt deberet dictus dñs Joannes per iudicem compelli ad dimittēdū canonicis predictis fructus, reditus ⁊ prouentꝰ canonicatꝰ ⁊ prebēde, quos in dicta eccleſia collegiata tenebat ꝓpter eius nō reſidentiā in prefata eccleſia. Et ſic in iudicio fuit inſtructus quod ſup fructibꝰ ⁊ reditibꝰ dicti canonicatꝰ conueniebat̄, ergo non potuit ſup ſilius priuilegium impetrare de litis pendentia mētiōe nō habita. Si enim litis pendentia inducatur per nudam citationē cum expreſſione eorum ſuper quibus eſt conueniendꝰ. d. cle. ij. Fortiꝰ induci debet per citationem generalem facta poſtmodum expreſſiōe in iudicio ꝑ viā petitionis cū plus debeat operari expreſſio iudicialis ꝙ̄ extraiudicialis. facit quod leg. ⁊ no. in. c. venerabilibus. §. ſimiliter. de ſen. excō. li. vj. preterea ⁊ ſcđo ex alio capite dictū priuilegiū corruit. ſecūdo ex defectu intentionis concedentis. Conceſſit eñ illam gratiam dominus apoſtolicus cum certa limitatione. voluit eñ illā nō valere ſi al's eidem dño Joanni autoritate apoſtolica vel ordinaria in perpetuū vel ad certū tempus ſuper eiſdem fructibus in abſentia percipiēdis gratia conceſſa fuiſſet. Sꝫ dicto dño Joanni fuerunt gratie in ꝑpetuum cōmiſſe per dñm abbatē ad quē dicta eccleſia pleno iure pertinet. ergo gratia apoſtolica nulliꝰ fuit momēti. Hic enim fuit gratia domini abbatis in perpetuum cōceſſa: per. c. licet canon. in ſi. de elect. lib. vj. vbi patet ꝙ ordinariꝰ citra papam nō pōt in perpetuum diſpēſare: id eſt ad vitā beneficiati ſuper non reſidētia in eccleſia cathedrali. ¶ Tertio impugnat̄ dicta gratia qr̄ nō eſt adimpleta cōditio ſuper qua dñs noſter eā cōceſſit: vcꝫ ſi dñs abbas ⁊ parochiani dicte eccleſie cōſentirēt: q tñ nō cōſenſerunt. Nec etiam dñs abbas conſentire vult, lꝫ dicat ſe nō velle infringere id qđ per ſuū ꝓdeceſſorem geſtū eſt ſiue ꝑ iura ſubſiſtat: ſed illa gratia in perpetuū facta nō valuit preſertim quo ad canonicatum: ſuper cuius fructibus in abſentia percipiendis nulla facta fuit in gratia dñi abbatis mentio, merito tāquaꝫ odioſa non debet ad iura dictorū canonicorum prerogatiua extendi. argu. in. c. ij. de filijs preſby. lib. vj. ⁊ reg. odia reſtringi. de regu. iur. lib.
3 vj. † Nec preſumitur ſuperior in dubio velle iuri aliorum ꝓiudicare. vt in. c. ſuper eo. de offi. dele. ⁊ in. l. ij. §. ſi quis a principe. ne quid in loco publi. ⁊ dixit Innocen. in. c. cum dilecti. de dona. ⁊ Jo. and. in. c. olim.
2 Bar.in tractatu repreſaliarũ.xſi.decimo.† ꝙ ſi capt⁹ fui ꝓpter repreſalias indictas in odiũ tui ꝛ coactus ſuʒ ſatiſfacere poſſunt agere contra te repetere qḋ propter factũ tuum ꝛ tui odiũ aſtrictus fui ſoluere.ꝛ idem firmauit Bar.in.d.l.nã ꝛ ſeruius. Idem tangit.in.l.ij.in fin.ff.de xbo.ob.ad idẽ facit qḋ idẽ Bar.no.in tractatu d tyrãno.ꝛ.l.creditor.ff.d ſolu.vbi dicit qḋ ſi debitor iniuria creditoris fuit coactus debituʒ ſoluere per tyrãnum cõſequitꝛ liberationẽ ſaltẽ in effectu.idem voluit in ſiti.in.l.cotẽ ferro.§.qui maximos.ff.de publi.vbi firmet qḋ ſi emẽs pedagiũ a ciuitate paſſus eſt maximũ dãnum propter guerrã quã ciuitas alteri intulit vel ipſi fuit illata poteſt agere cõtra ciuitatẽ ad intereſſe: qꝛ ex facto ſeu odio ipſius dãnum paſſus eſt. Ita dicẽdũ punctualiter in ꝓpoſito cũ ipſius facto dñe Matthee aſſumẽtis illũ Ioãnem in ſuũ calculatorẽ hoc dãnum carentie librorũ incurrerit dict⁹ Iacobus qḋ põt agere ꝯtra heredẽ ipſius dñe Matthee ad ſatiſfactionẽ dãni:ꝛ ſic ad reluitionẽ dictoꝝ libroꝝ.ꝛ facit qḋ no.doc.in.c.calumniam.de penis.non obſtat predicte cõcluſioni ſi dicaꝛ quod dicta dña Matthea erat vſufructuaria ꝛ ſic ſumptus litis debebãt pertinere ad heredẽ qui erat ꝓprietarius. Ad hoc enim rñderi põt multipliciter ꝛ primo qḋ ipſa.d.Matthea tenebatur dicto Ioanni ex contractu ſuo noĩe geſto qḋ patet ex eo qꝛ cõſtituit procuratorẽ etiã ad eligẽdum calculatores rationũ ꝛ promiſit ſub hypotheca ꝛ obligatiõe oĩm bonorum ſuoꝝ habere ratũ ꝛ gratũ quicqd dictus ꝓcurator in dicta cauſa ꝛ in depẽdẽtibus ab ea fecerit ꝛ ſic etiã poſt renũtiationẽ vſuſfructus remãſit dicta dña Matthea obligata dicto Ioãni electo per ſuũ ꝓcuratorẽ ad ꝓuidendũ ſibi de labore ſuo. Ad hoc bonus tex.cũ materia ſua.in.l.ꝓcurator.ꝛ qḋ legitꝛ ꝛ no.in.l.poſt mortẽ.§.tutor.ff.qñ ex factu. Preterea dicta dña Matthea pugnabat pro iure ſuo cõſequẽdo ꝛ ſic ſuis ſumptibus debebat militare. Itẽ qꝛ modica impẽſa etiã facta in re in qua eſt conſtitutus vſuſfructus pertinet ad vſufructuarium ꝛ nõ ad ꝓprietariũ.vt.l.hacten⁹.ꝛ.l.ſi pendẽtes.ff.de vſufru. Preterea ꝛ tertio quod teneatur ad ſumptus vl̃ nõ curãdũ nõ eſt in caſu noſtro. ſatis eñi eſt qḋ ex electiõe ſua ſeu ſui procuratoris dictus Iacobus incurrerit dãnum imputandum eſt enim ſibi ſaltem ꝙ elegit argu.l.cum mãdato.in ſi.ff.de procu. Et ex predictis patet reſponſio ad id qḋ opponitur per alterã partẽ qḋ dicta dña Matthea erat mortua tempore quo dicti calculatores retulerũt.nam vt p̃dixi ſatis eſt qḋ hoc damnum cõtigerit ex electione ſua:ꝛ ſic ex facto ſuo.eſt enim in hoc initiũ cõſiderandum.debebat eñi dicta domina Matthea poſt ſuam renuntiationẽ vel ipſius heres poſt eius mortẽ illicito ꝓuidere vt nullũ dãnũ potuiſſet cõtingere dicto Iacobo ex electiõe ſua ꝛ ꝯcordare dictũ calculatorẽ.nã ſibi erat ſatiſfaciẽdũ pro labore ſuo cũ pro eo nõ remanſit quin negotium habuit effectũ.ad hoc qḋ legitur ꝛ no.in.l.j.§.diu⁹ ſeuerus.ff.de var.ꝛ extraordina.cog.melius in.l.ſed addes.§.cum quidam.ff.loca.illud quoq; abſoluti iuris eſt qḋ obligata cauſata in perſonam defuncti tranſit in heredẽ.vt.l.veteris.C.de cõtrahẽ.ꝛ commit.ſtipu. Ultimo non ob.ſi dicaꝛ ꝙ libri nõ ſunt dicti Iacobi qꝛ hoc falſum.nam cum contraxiſſet ſocietatem cum Adordo ꝛ ꝑ illum gerebat negocia ſocietatis libri ſocietatis erant communes vnde ſoci⁹ põt agere cõtra ſocium actione pro ſocio ad editionem librorum vt.l.quedam primo reſponſo.ff.de eden.vnde quilibet ſociorũ pro ſua cõmoditate poteſt agere inſolidũ maxime quia cũ dict⁹ Iacobus exerceret negotiationem per Adordum ſolum videtur eum conſtituiſſe inſtitorem ſuum.vnde obligatur ex actibus per illuʒ geſtis iuxta plene nota.per Bar.in.l.eadem.ff.de duobus reis ꝛ ſibi mãdaſſet vt libros conficeret iuxta ea que leguntur ꝛ no.in.d.l.quedam.maxime per Barto. Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Quidã Ioannes de ſenis heres ex teſtõ Angeli de ſenis cõceſſit dedit ꝛ cõſignauit dñe Nicole filie dicti Angeli vnũ fundũ Titianũ poſſeſſuʒ per dictũ Angelum idẽ dñe Nicole relictũ in dicto teſtõ ꝓmittẽs Ioãnes eidẽ dñe Nicole ꝛ heredibus ſuis tanq̃ heres predictus ꝛ noĩe ſuo ꝓprio dictũ fundũ ſemꝑ defendere ꝛ diſbrigare ab oĩ perſona ꝛc. Et pro p̃dictis obſeruandis obligauit ſe dictus Ioãnes ſuoſq; heredes ꝛ bona preſentia ꝛ futura ꝓut de p̃dictis latius ꝛ clare pʒ publico documẽto manu publici notarij. Poſt hec dictus Ioannes vendidit quedam bona ſua ꝛ inter cetera vẽdidit quidã Titio de ſenis domũ quãdã ꝛ demũ ꝑ ſuis exceſſibus fuit publice bãnitus ꝛ rebellis fact⁹ ꝛ oĩa eius bona fuerũt publicata. Nuperrime vero mota fuit q̃ſtio cõtra dictã dñam Nicolã ſuꝑ dicto fundo eidẽ ꝑ dictũ Angelũ eius genitorẽ relicto ꝑ quẽdã Caiũ de ſenis: que dicta Nicola ſtatim mota ſibi lite denũtiauit ꝛ ſignificauit dictã litẽ ſibi motã dicto Ioãni vt veniret ꝛ cõpareret ꝑ ſe vel ꝑ alium ad defendendũ eam ꝛ dictũ fundũ ꝛ dicta lite ſibi mota ꝑ dictũ Caiũ qui Ioãnes in predictis ſemper fuit ꝯtumax. Tandẽ dict⁹ Caius cõtra dictã dñam Nicolã in dicta cauſa ſentẽtiã ꝑ ſe reportauit:ꝛ fuit dicto Caio dict⁹ fundus adiudicatus detinendus in cauſam pignoris pro debito per eum petito. Nunc autem euicto dicto fundo ſupradicta domina Nicola facta legitima diſcuſſione contra dictum Ioannẽ ꝛ bona ſua que vacãtia nõ reperiunꝛ agit ſimiliter hypothecaria contra heredẽ dicti Titij emptoris dicti Ioãnis pro relaxatione dicte domus eideʒ obligate ꝛ hypothecate vigore ſupradicte obligationis ſi

bi facte ꝑ dictum Joannem modo predicto qui quidem heres contra
petitionē dicte domine Nicole excipit quod dicta domina Nicola in
ꝑdictis non eſt audiēda cum ipſe tenuerit ⁊ poſſederit dictam domū
per ſe ⁊ ꝑ dictum T. tium olim patrem eius titulo ꝑdicto emptionis
per tempus decem annorū ⁊ ſatis vltra ⁊ ſic dictā domū ꝑſcripſit ⁊ ſu
per ea moleſtari non poteſt vigore cuiuſdam ſtatuti ſenēſis cuiꝰ qdeꝫ
tenor talis eſſe dignoſcitur videlꝫ. Et quicūqꝫ poſſederit rem aliquaꝫ
debitoris ſui vel alterius perſone titulo iuſto ꝑ decē annos ſine cōtra
dictione vel moleſtia dicti ſui debitoris vel cuius res fuerit illam pre
ſcribant: ⁊ de ea in perpetuū moleſtari non poſſit non obſtāte aliquo
capitulo conſtituti. Modo queritur quid iuris.

Conſilium.xxij.

1 Hypothecaria preſcribitur per tertium legitimo titulo, ſpatio de
cem annorum.
2 Preſcriptio non currit impedito agere de iure.
3 Preſcriptio cum bona fide partim eſt inducta in fauorem poſſidētis
bona fide, ⁊ partim in odium negligentis ius ſuum proſequi.

Saluatoris noſtri eiuſqꝫ piiſ
ſime genitricis inuocato preſidio. Uidetur primo dictum
heredē ſe poſſe tueri vigore dicti ſtatuti cū illaꝫ domū poſ
ſederit iuſto titulo ſine contradictione alicuius perſone ꝑ decēnium
⁊ vltra, ergo non poteſt aliquo modo ꝑ aliquē moleſtari vt ſtatuto ca
netur. ⁊ cum verba ſtatuti clara ſint alia interpretatione non egēt. l. il
le aut ille. ff. de leg. iij. ⁊ l. nō aliter. eo. tit. ⁊ de reg. iur. c. ij. de verb. ſig. c.
fi. nec dubitari pōt de validitate ſtatuti, maxime in hac ciuitate Sena
rum q̄ exercet iura principis. vt in. l. omnes populi. ⁊ qđ not. maxime
ꝑ Bar. prope finem ſue repetitionis de iuſti. ⁊ iure. ⁊ ꝑ eūdē in. l. infa
mem. ff. de publi. iudi. in fin. ſui apparatus. Preterea ēt dicto ſtatuto
1 oīno ceſſante videtur dictus heres tutus de iure cōi. † nā hypothe
caria ꝑſcribitur per tertium legitimo titulo ſpatio decem annorū. vt
ꝓbat in. l. j. ⁊. ij. C. ſi aduer. cred. no. in. l. cū acutiſſimi. C. de ꝑſcrip. xxx.
an. in gl. ij. Iſte xo hꝯs hoc caſu ꝑſumit q2 nō ꝑſumit qs habere ſcien
tiam hypothece alteriꝰ cū cōſiſtat in facto vt in regula ꝑſumit. de reg.
iur. li. vj. ⁊ l. error facti. ff. de iur. ⁊ fact. igno. ⁊ l. cū qs. C. e. ⁊ ꝙ ꝑſumēda
ſit bona fides not. in. c. ſanctorū. ⁊ c. fi. de ꝑſcrip. not. per Bar. in. l. Cel
ſus. ff. de vſuc. ⁊ l. j. §. j. de iti. actuqꝫ priua. ſatis em̄ ē allegare bonā fidē
q2 cū ꝯſiſtat in aīo ꝓbari non pōt. vt not. gl. inſti. de act. §. alie.
Sed his nō obſtantibus q̄ iudicio meo vere nō obſtāt contrariam
ſn̄iam puto veriorē. Moueor ꝑmo rōne iudicio meo inconuincibili.
2 † impedito de iure agere non currit ꝑſcriptio. vt. l. j. in fine. C. de anna.
excep. ⁊ in. l. in rebus. ff. de iur. dot. in quibꝰ ptꝫ ꝙ nec filiofamilias in
aductitijs nec mulieri in rebus dotalibus ꝯſtante mr̄imonio ⁊ durāte
patria poteſtate non currit ꝑſcriptio, q2 de iure agere non poſſunt, ſꝫ
ꝑſcriptio currit a die qua actionē mouere pn̄t. ad idē. c. q2 diuerſitatē.
de ꝯceſ. ꝑben. ꝑſertim qn̄ impedimentū ꝯtingit anq̄ꝫ eſſet inchoata ꝑ
ſcriptio iuxta theoricam Bar. in. l. ſenatꝰ. ff. de offi. ꝑſid. Sed certū eſt,
ꝙ in caſu noſtro dicta Nicola ſemper vſqꝫ ad hodiernum diem nō ha
buit de iure facultatem agēdi, q2 anq̄ꝫ res euincatur non poteſt qs age
re, licet dicatur ꝙ res ſit aliena. vt in. l. qui rem. ⁊ l. ſi poſt. C. de euic. er
3 go hactenus ꝑſcriptio non habuit locū ꝯ eam. Preterea † preſcriptio
cum bona fide partim eſt inducta in fauorem poſſidētis bona fide, et
partim in odium negligētis ius ſuum ꝓſequi. xvj. q. iij. preſcriptionū.
facit qđ not. Bar. in. l. j. ff. de vſuca. ⁊ Dy. in regula poſſeſſor. de reg. iu.
lib. vj. ⁊ Bar. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Cum aūt in caſu noſtro non
poſſit dicta dn̄a Nicola notari de aliqua negligentia cū prius ſcꝫ an̄
euictionem non potuit de iure ſuo experiri ergo deficit fundamētum
ſuper quo fundata eſt ꝑſcriptio merito nō debuit currere. facit qđ in
fi. legi. ⁊ no. maxime per Bar. in. l. j. ff. qđ vi aut clā. qs em̄ eam incuſa
re poterit cur nō egerit hypothecaria cū ſi voluiſſet agere nō potui
ſet vt ſupra ꝓbatum eſt. Clariſſimū ergo eſt ꝙ iuris cōis ꝑſcriptio ſibi
nō habet obſtare maxime cū tex. in. d. l. j. C. ſi aduer. cre. ponderet ⁊ fun
det ſe ſuꝑ diuturno ſilentio creditoris hypothecariā intētantis. ⁊ ſic
reſpicit illum qui potuit ꝓclamare ⁊ negligētia ſiluit q̄ verba adapta
ri nō pn̄t ad eum qui ꝓclamare non potuit. nō em̄ pōt dici ſilere q nō
pōt loqui. eius em̄ ꝓprie eſt ſilere qui loqui pōt. ſicut in fi. dicit lex ꝙ
eius eſt nolle qui poteſt velle. vt eius. ff. de reg. iur. ⁊ ille đr inteſtatus,
qui potuit condere teſtamētū. vt. l. j. ff. de ſuis ⁊ legi. ⁊ ꝙ cōtra credito
rem habētē hypothecariā iuſta cā impeditū nō currat ꝑſcriptio. ē ca
ſus ſm̄ verū intellectū in. l. cū poſtulaſſeꝫ. §. fi. ff. de dam. infe. ⁊ no. gloſ.
in. d. l. j. C. ſi aduer. cre. Idem dico ad diſpoſitionē ſtatutariā. ꝙ ſtatutū
debet reduci q̄tū fieri pōt ad terminos iuris cōis. vt. l. ij. C. de noxa. et
c. cum dilectus. de conſue. no. Inn. in. c. cauſam. de preſcrip. ⁊ Bar. in. l.
oēs populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. ſicut ergo ꝑſcriptio a iure inducta nō cur
rit cōtra nō valentem agere. vt. ꝯ. dixi. ita dicendum in preſcriptiōe ſta
tutaria ꝑſertim, q2 ſtatutū ſimplr̄ induxit ꝑſcriptionē. vt ius cōmune
gn̄aliter diſponit ꝙ nō valēti agere nō currit ꝑſcriptio. vnde non eſt
preſumēdum ꝙ ſtatuētes voluerint in hoc corrigere ius cōe per ſtatu
tum generale. vt. l. ſi quando. ⁊ ꝙ ibi no. C. de inof. te. itē nec ꝑſumēduꝫ
eſt ꝙ voluerit ſine culpa ⁊ delicto alterius tollere ſibi ius ꝙ faceret ſi
cōtra nō valentē agere curreret ꝑſcriptio qđ non eſt dicendū: quia nō
debemus preſumere iniquitatē ⁊ iniuſtitiam in lege principis vel po
puli ad hoc qđ no. gl. in. l. quoties. C. de preci. ipe. offe. ⁊ l. ij. §. ſi qs a pri
cipe. ff. ne qd in loc. publi. ⁊ in. c. ſuper eo. de offi. deleg. nā lex debet eē
iuſta rōnabilis ⁊ honeſta. iiij. diſt. erit aūt lex. ⁊ C. de lega. l. leges. facit
qđ no. Bar. i. l. oēs populi. ꝑalleg. Item ſtatutū recipit interpretatio
nem reſtrictā qn̄ aliter intelligendo quis incurreret dānum ſine culpa.
vt. l. ij. C. de noxa. l. vt gradatim. ff. de mune. ⁊ hono. ⁊ plene per Bart.
in. d. l. oēs populi. ⁊ l. nō dubiū. C. de legi. ſed in caſu noſtro dicte dn̄e
Nicole cōtingeret dānum ſi dictū ſtatutū deberet ita ruditer intelligi:
vt curreret preſcriptio impedito a lege agere. ꝑterea ſtatutū loquēs in
terminis iuris recipit limitationes ⁊ exceptiones iuris. vt. c. cū dile
ctus. ⁊ c. ad audiētiā. de cle. nō reſiden. d. l. ij. de noxa. ergo intelligēdū
prout iura dant legem ꝑſcriptioni. Rurſus ſi bene ſtatuti verba pon
derētur hoc qđ dixi ſonare videnī. ꝓuidet enim cum quis poſſedit de
cem annorū ſpatio ſine cōtradictione vel moleſtia ſui debitoris vel al
terius ⁊c. ⁊ ſic in caſu noſtro is cuius erat res vel habebat hypothe
chariam poterat ꝯtradicere ſeu poſſidentē moleſtare: ſꝫ in caſu noſtro
non poterat dicta dn̄a Nicola cōtradicere rōne predicta. ergo ſtatutū
non habet locum ꝯtra eam ꝓut ſupra dixit in diſpoſitione iuris cōis.
Ex his oībus clare ꝯcludit ꝙ nec preſcriptio ſtatutaria nec iuris cōis
habet locū ꝯ dictā dominā Nicolā cū a tēpore euictiōis dicti fundi q̄
incepit poſſe agere: ⁊ per ꝯſequēs incepit ꝑſcriptio currere non ſit de
cēnium elapſum. Qđ aūt dn̄e Nicole hypothecaria circa dictam do
mū cōpetat aperte colligit ex ꝓmiſſiōe facta per dn̄m Joannē q etiā
noīe proprio ꝓmiſit de euictiōe dicti fundi ſub hypotheca oīm bono
rum ſuorꝫ inter q̄ erat domus Titio vendita que tranſire debet cum
onere hypothece in emptorem etiā ſi ſciente creditore ⁊ tacente fuerit
vēdita. vt. l. ſicut. §. nō vr̄. ff. quibꝰ mo. pig. vl' hypothe. ſol. ⁊ c. ex literis.
de pig. ꝑſertim cū ex diſpoſitiōe legali dictus Joānes heres eſſet obli
gatus de euictiōe maxime cum legatū fuerit factū filie de quo plene le
gitur ⁊ no. in. l. ſi domus. §. de euictiōe. ff. de leg. j. Qđ autē cōtra dictū
Joānē nō poſſit agere hypothecaria cū dictꝰ Joānes ſit tāq̄ꝫ rebellis
abſens nec reperit aliqd poſſidere clare patet ex his q̄ leguntur ⁊ no
tantur per gl. ⁊ Bart. in aut. hoc ſi debitor. C. de pignoribus. Et hec
ſufficiant. Nicolaus Abbas.

Conſilium.xxiij.

1 Uſufructuario datur interdictum vt non poſſit vtifrui ſi fuit de
iectus.
2 Petēs reſtitutionē duo debet ꝓbare: ſcꝫ poſſeſſionem deiectionem.

In cauſa que ad ꝑſens verti
tur īter, dn̄m Antoniū rectorē eccleſie ſancti Andree acto
reꝫ noīe dicte eccl'ie ex parte vna: ⁊ abbatiſſam ⁊ moniales
monaſterij ſancte Clare Seneñ. ex altera in eo ⁊ ſuꝑ eo ꝙ dictus dn̄s
Antonius petijt ſe reduci ⁊ reponi noīe ſue eccleſie in ꝑſtinū ſtatū per
cipiēdi annuatim penſionē ſex florenorū ⁊ trium libraruꝫ tam a dictis
abbatiſſa ⁊ cōuentu q̄ꝫ a quolibet alio detinente poſſeſſionē de qua in
libello ⁊ dictā abbatiſſam ⁊ cōuētū ſibi cōdēnari ad ſolutionem dicte
penſionis ſubtractis certis tꝑibus de quibus i libello. Duo ſunt bre
uiſſime ad clarā huius cauſe deciſionē examināda. Primū nunqd
dictꝰ dn̄s Antoniꝰ potuerit poſſeſſoriū in hac cā intentare. Scđm
ꝑſuppoſito ſine veritatis ꝑiudicio qđ potuerit an ꝓbauerit intētionē
ſuā. ita ꝙ pro eo ſm̄ formā petitionis ſue ſit ſn̄ia ferēda. Ad primū
videt ꝙ inepte egerit q2 in iſtis ꝑſonalibus obligationibus nō eſt da
re petitoriū: ſꝫ agit ꝯ ꝑſonā vt faciat id ad qđ ſe obligauit. inſti. de act.
in prin. ergo nec poſſeſſoriū: q2 poſſeſſorium đr reſpectu petitorij. ⁊ vbi
nō cōpetit primum nec ſm̄. vt no. Cyn. in. l. ſi certis annis. C. de pact. ⁊
Bar. in. l. fi. ff. quorꝫ bo. Si ergo inepte egit ſn̄ia eſt ꝯ eū ferēda. vt in. c.
examinata. de iud. ⁊ l. j. ff. ſi men. fal. mo. di. Sed his nō ob. in ꝯtriuꝫ
ſe hꝫ veritas. ⁊ pro hac parte adduco caſum expreſſuꝫ ⁊ rotūdū in ter
minis nr̄is in. c. querelā. de elec. vbi ꝓ pēſione ſubtracta q̄ debebat oc
caſiōe vnius eccleſie alteri eccleſie fuit actū poſſeſſorio. Nec ob. ꝯtrium
ſupra formatū. ꝓcedere em̄ pōt in obligatiōibus mere ꝑſonalibus: ſed
i caſu nr̄o debet penſio nō reſpectu obligatiōis ꝑſonalis ſed occaſione
rei. ſ. poſſeſ. de qua in libello fit mentio quo caſu cōpetit poſſeſſorium
ſicut competeret pro ipa re. d. c. querelā. idē eſſet ſi habeo obligatā ꝑſo
nam ad aliquid annuatim dandum ꝓpter ius ꝙ habeo in perſonā. vt
q2 eſt meus vaſallus vel aſcriptitius. vt no. Bar. in. d. l. fi. Et qđ in caſu
nr̄o competat poſſeſſoriū exꝑſſe firmat Jo. and. in. c. ꝑuenit. de cenſi. ⁊
Inn. in. d. c. querelā. ⁊ eſt mens Cy. in. d. l. ſi certis annis. nā videmus ī
1 fi. † ꝙ vſufructuario dat interdictū ſi fuit deiectꝰ vt nō poſſit vtifrui.
l. iij. §. vnde vi. §. īterdictū. ff. de vi ⁊ vi. ar. ⁊ tamē vſuſfructꝰ debet ꝑſo
ne occaſione rei. ff. de vſufructu. l. j. Idem videmꝰ in interdictis de iti.
actuqꝫ pri. ⁊ de interdicto de aqua quoti. ⁊ eſti. vt. ff. de iti. actuqꝫ pri
ua. l. j. ⁊ de aqua quoti. ⁊ eſti. l. j. in quibus ptꝫ ꝙ ꝓ iſtis ſeruitutibus q̄
debent a re ꝑſone agi pōt poſſeſſorio. facit optime qđ no. gl. in. c. nullꝰ.
ſcđo. ij. q. ij. ⁊ hec ꝓ primo. Ad ſcđm an dictus dn̄s Antonius ꝓba
uerit ſibi neceſſario incūbētia ad obtinēdā reſtitutionē in priſtinū ⁊c.
Uidetur

2 Videtur primo ꝙ nō.† q2 duo dꝫ ꝓbare petēs reſtitutionē:poſſeſſio-
nem.ſ.⁊ deiectionē.altero deficiēte ceſſat poſſeſſorium.vt.c.cōſultatiōi
bus.de offi.dele.⁊.c.olim.j.⁊.ij.de reſti.ſpo.licet dictus do.Ant.non
ꝓbauit poſſeſſionē:q2 in iſtis corporalibus nō acquiriꝛ quaſi poſſeſſio
ſine ſnīa ⁊ p̄ſentia dñi.vt.l.ij.⁊ qd̄ ibi no.per doc.C.de ſerui.not.Inno.
in.c.bone.ij.de poſtu.prela.⁊ in.c.cōquerente.ff.de off.ord.⁊.c.ij.de i in
tegrum reſti.⁊ multis alijs locis p Bar.in.d.l.j.ff.de iti.actuq̄ priua.
Sed in caſu noſtro nō fuit ꝓbatū ꝙ rector ſancti Andree perceperit
penſionē occaſiōe dicte poſſeſſionis ſciētibus abbatiſſa ⁊ monialibus
ergo non acquiſiuit quaſi poſſeſſionem pēſionis:nec ſufficit ꝙ is q ha
bebat poſſeſſionē cōductā a monialibus ſoluerit:q2 nō potuit colon⁹
preiudicare dño ignorāti ſoluēdo penſionē alteri maxime cum ſemper
ſoluerit penſionē dictis monialibus vt legitur ⁊ no.in.l.q̄uis.§.j.ff.de
acquirē.poſ.Item ꝓbauit deiectionē maxime violētam que requiriꝛ
in hoc.vt.d.l.j.ff.de vi ⁊ vi.ar.Sꝫ ꝓfecto ꝯ̄ria pars preualet in caſu no
ſtro.nam primo dictus Ant.clare ꝓbauit poſſeſſionē percipiendo di
ctā penſionem cū probauerit eam percepiſſe ſciētibus ⁊ qd̄ plus eſt ex
preſſe diſponentibus abbatiſſa ⁊ monialibus dicti monaſterij q̄ eum
cōſtituiſſent ſyndicū ad dictā poſſeſſionē locādā expreſſe mādauerūt
economo vt locaret cū onere ſoluēdi dictā penſionē que debeꝛ rectori
ſeu eccl̄ie ſancti Andree.⁊ ꝓbatur ꝙ per illū cui dicta poſſeſſio fuit ſic
locata ex tunc dicta pēſio rectori ſancti Andree ꝓ tēpore exiſtenti plu
rimis annis fuit ſoluta.Quinimo fuit expreſſe probatum quod etiaꝫ
anteq̄ dicta poſſeſſio perueniſſet ad manus dictarū monialiū fuit pro
ea ab antiquioribus poſſeſſoribus pēſio predicta ſoluta eccleſie.Item
ꝓbaꝛ ꝙ fuit trāſlata in dictas moniales cū onere ſoluēdi penſionem.
vnde longe magis q̄ ſibi neceſſario incūberet ꝓbauit.d.Ant.cū vni-
ca ſolutio ſuffeciſſet ad probādā iſtā quaſi poſſeſſionē:q2 tale quid nō
ſolet de gratia concedi.vt legitur ⁊ no.in.c.cum eccleſia ſutrina.de cau
ſa poſ.⁊ proprie.per Inn.in.c.bone.de poſtu.prela.⁊ per Bar.i.d.l.j.de
iti.actuq̄ priua.facit optime.c.cū de beneficio.de p̄b.lib.vj. Probatur
etiā predicta deiectio.q2 eo ipſo ꝙ moniales noluerunt ſoluere ſpolia
uerunt dictam eccleſiā ſancti Andee iſta quaſi poſſeſſione.nam aliter
ſpoliatio interuenire nō poteſt.vnde ſatis eſt ꝓbare in iſtis quaſi poſ-
ſeſſionem:q2 ipſo facto probaꝛ ſpoliatio ꝙ denegaꝛ ſolutio.vt probaꝛ
in.c.ſuborta.de re iudi.⁊ ibi hoc no.Inn.in prin.ad idē in.c.querelam.
prealleg.vbi de vtroq̄ dubio eſt caſus rotūdus decidens queſtionem
iſtam.facit qd̄ no.Bar.in.l.pri⁹.ff.de no.ope.nū.doc.in.c.mādatuꝫ.de
reſcrip.¶ Ex quibus oībus concludo ꝙ dictus vicarius ſubdelega-
tus in hac parte apoſtolic⁹ debet reſtituere dictū dñm Antonium no
mine eccleſie ſue ad ſtatum priſtinū percipiēdū annuatim dictam pen
ſionem quinq̄ florenoꝝ ⁊ triū librarū ſenenſiū occaſione dicte poſſeſ-
ſionis ſeu poſſeſſionū in libello cōtentarū.ac condēnare ſyndicū dicti
monaſterij ⁊ ip̄m monaſterium dicto dño Antonio predicto nomie ec
cleſie ad ſolutionem penſionis ſubtracte ꝓ temporibus retractis qui-
bus ſoluere indebite denegarunt de quibus in libello dicti dñi Anto
nij.Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xxiiij.

1 Pacta inita cum principe ſeu ab habentibus principis autorita-
tem habent vim legum.

2 Vſurarum reſtitutio per ſuſpectum fieri non debet.

Illud de iure queritur an inſpectis primis ⁊ ſecūdis pactis ⁊ cōuētionibus initis in
ter cōe Seneñ.ex vna parte:⁊ Laurentiū toſcanū Medio
laneñ.ex alia valeat dictus Raynerius per ſe vſuras debētibus recipe
re reſtituere abſq̄ eo ꝙ deponat annuatim depoſitario per cōe eligē-
do prout in primis capitulis continebatur octingentos florenos ⁊c.
¶ Scdo preſuppoſito ꝙ per ſe reſtituere valeat an poſſet ꝯuenire cō-
creditoribus ipſarū vſurarū ꝓ minori quātitate.vt ſic conſequaꝛ abſo
lutionē ſuper toto debito.¶ Saluatoris p prius poſtulato ſuffragio
nunc primū dubium attingēdo ꝙ dictus Raynerius per ſe reſtituere
valeat.q2 pacta nouiſſima attēdēda ſunt ⁊ nō priora.vt.l.pacta nouiſ-
ſima.C.de pac.Sed in vltimis pactis ſimpl'r dictū fuit vt dictus Ray
nerius reſtituat quinq̄ milia florenorū intra certa tp̄a.nec fuit adiectū
vt de eis fieret depoſitum ergo ipſe reſtituere habebit.Scdm ad ideꝫ
facit:q2 in nouis pactis fuit exp̄ſſe cōuentum vt cōi non liceat in ali-
quo cōueniri quouis queſito colore.ergo nō eſt aliqd intrinſecū ſubin
telligenduꝫ per qd̄ in aliqua parte obuieꝛ dictis capitulis.facit.l.ſi ita
ſtipulatus fuero.§.plane.al's chryſogonus.de verb.oblig.¶ Sed his
nō obſtātibus cōtrariā ſnīam exiſtimo veriorē Moueor principaliter
q2 cum in pactis antiqs multa dicerenꝛ.Primo vt fieret reſtitutio vl
tra quinq̄ milia florenoꝝ.Scdo vt dicta reſtitutio fieret primo ciuib⁹
ſcdo comitatiuis ⁊c.Tertio dicebaꝛ vt pecunia reſtituenda per dictū
Raynerių deponereꝛ ⁊ redderetur debētibus habere per ciuē eligēdū
a cōi.Quarto ꝙ incerta darētur domini ſapiētie ⁊c.In pactis vero no
uiſſimis quo ad materiā noſtrā vnū dūtaxat fuit expreſſum cū limita
tione vt ſcꝫ dictus Raynerius reſtitueret qnq̄ milia florenoꝝ niſi refir
mareꝛ in exercitio p̄ſtādi quo caſu adueniēte obligabaꝛ dictus Ray-
nerius ad reſtituendū totam ſummā.ſ.octo miliū florenoꝝ de reliquis
vero contētis in primis capitulis quo predictis contēt⁹.ſcdo omnino
ſunt cōnexa nihil dꝛ in ipſis ſecūdis:q2 nō eſt veroſil'e ꝙ ab illis pror-
ſus fuerit receſſum.Cū hodie nō fiat nouatio obligatiōis niſi expreſſe
hoc fuit dictū.vt.l.ſi.C.de noua.not.plene Bar.in.l.j.§.ij.de preto.ſti-
pu.In ſcdis vero capl'is nō fuit dictū ꝙ illa facerent animo nouandi.
Nec ob.ſi dicatur ꝙ vbi tacite fit nouatio ſubueniꝛ per viam exceptio
nis.vt no.glo.in.d.l.ſi.⁊ Bar.in gl.in.l.ij.ff.eo.q2 illud verū vbi poteſt
apparere ꝙ tacite fuerit nouatio facta.Sꝫ in caſu noſtro nō pōt com
prehendi niſi reſpectu quātitatis:q2 ſolū vt predixi dictus Rayneri⁹
obligauit ſe ad reſtituendū quinq̄ milia florenoꝝ reſiduū vero ſi inq̄-
tū refirmareꝛ i ſuo exercitio p̄ſtādi.⁊ ſic tacite fuit facta nouatio reſpe
ctu q̄titatis cum ſm priora pacta tenebiꝛ ſimpliciter ad totā q̄titatē
ſimpliciter ⁊ abſolute non expectata noua reformatione.In alijs vero
nō poteſt dici ꝙ tacite fuerit receſſum cū ex nulla parte pactoruꝫ hoc
poſſit ꝯprehēdi.nā in ſecūdis pactis nō diciꝛ cui debeat reſtitutio fie-
ri ergo dꝫ intelligi de depoſitario eligēdi per cōe prout in primis capi
tulis dicebaꝛ cū perſona extranea nō debet intelligi i ſtipulatiōe.d.§.
chryſogonus.Et verba dubia ⁊ generalia debēt intelligi ſm p̄ceden-
tia.l.ſi ſeruus pluriū.ff.de leg.j.⁊.l.qui filiabus.e.ti.⁊.c.inter dilectos.
de fide.inſtru.Et ſi diceremus cōtrariū ſequereꝛ abſurdū:q2 in ſecun-
dis capitulis nō fuit ꝓuiſum quid fiendū de incertis:nec prerogatiua
ciuium ad comitatiuos ⁊ alios forenſes ꝓut in primis capitulis dice
batur nō enim eſt preſumendum ꝙ magnifici dñi ⁊ alij ciues qui pacta
ſecunda fecerūt voluerint preiudicare domui ſapiētie ⁊ ſuper incertis
nihil diſponere vel ꝓprijs ciuibus tollere priuilegiū prelationis.Nec
enim oīa argumētū locupletiſſimū preſtāt ꝙ nō intēdebāt nec expreſ-
ſe nec tacite recedere a priore obligatiōe niſi quatenus fuit expreſſum
in ſecunda.hoc etiā expreſſe videꝛ ꝓbari.in.l.qui vſumfructū.ff.de verb.
ob.vbi patet ꝙ in dubio nō preſumiꝛ facta nouatio qn̄ plus contine-
tur in prima obligatiōe q̄ in ſecūda ꝙ expreſſe firmat Bar.in.d.l.j.§.ij.
1 de preto ſtipu.¶ † Scdo principal'r quia pacta inita cū principe ſeu
habētib⁹ a principe autoritatē vt eſt hec cōmunitas Senarū habent
vim legū.vt legiꝛ ⁊ no.in.l.ceſar.ff.de publi.⁊.l.penul.C.de don.inter
virum ⁊ vxo.ſed lex.poſterior recipit limitationē ſm precedentē vt i.l.
ſed ⁊ poſteriores.ff.de legi.⁊ notanter ꝓbatur in ſimili in.l.ſciendū.ff.
qui ſatiſda.cog.iūcta auꝛ.offeraꝛ.C.de litis cōte.cā intelligendo prout
no.gloſſ.⁊ Bar.in.d.l.ſciēdū nam licet lex nouiſſima.ſ.auꝛ.offeratur.
ſimpliciter dicat reum teneri ad cautionē preſtandā de iudicio ſiſti ſup
pletur tñ ⁊ determinaꝛ per legem antiquā.ſ.ſi nō poſſideat immobi-
lia prout diciꝛ in.d.l.ſciēdū.de hoc etiā per Bart.in extrauaganti ad
reprimēdū.in verbo nō obſtātibus.Ita dicendum in ꝓpoſito cum in
pactis ſcdm ſimpliciter dicaꝛ de reſtitutione quinq̄ miliū florenorū
fienda:⁊ non dicaꝛ p quē:⁊ quid de incertis de quibus primo ſit fiēda
reſtitutio debuit ſuppleri ⁊ determinari per antiqua capitula:⁊ ꝓfe-
cto cōtrarium ſentire iniquitatem maximā ſapit:p̄ſertim cum ſcda cō
uentio interceſſerit dūtaxat reſpectu qualitatis minuēde:⁊ non reſpe
ctu modi reſtituendi.Cum dictus Raynerius ſit oīno ſuſpectus circa
reſtitutionē fiēdam:quia cum nō reſtituat ꝓprias vſuras nō eſt veroſi-
2 mile ꝙ integre ⁊ fideliter reſtituat alienas.ar.xlvij.diſt.§.neceſſe.† Et
reſtitutio vſurarū interim nō debet fieri per ſuſpectū.vt in.c.cū ſit ni-
mis.de iude.⁊ qd̄ ibi no.Hoſt.per Joā.an.in.c.ij.de teſta.lib.vj.vnde
nō eſt veroſimile ꝙ p ſcda pacta generalis fuerit ſibi data poteſtas re-
ſtituendi per ſe.nam inſpicimus in obſcuris ꝙ eſt veroſimili⁹ vt in re-
gula inſpicimus.de reg.iur.lib.vj.Et in generali non venit ꝙ quis in
ſpecie non fuiſſet veroſimiliter conceſſurus.vt in.c.ſi.de offi.vica.li.vj.
⁊ in conuentionibus ſententia voluntatis potius ꝙ verba ſpectantur
vt in.l.in cōuētionibus.ff.de ver.ſigni.Et per hoc patet ſolutio ad ſe
cundū dubium:cū enim reſtitutio ſingulariter creditoribus fienda nō
ſpectet ad dictū Raynerium:ſed ad depoſitarium eligēdū per cōmune.
Fruſtra querimus an poſſit cōuenire cū ipſis creditoribus ſuper mi
nori q̄titate.Sed preſuppoſito ſine veritatis preiudicio quod ſpectet
ſpecialis reſtitutio ad dictū Raynerium an poſſit p̄dicto mō cōueni
re credo firmiter ꝙ nō:quia licet quis dicat ſatiſfacere alicui qualiter
cūq̄ eius volūtatis etiā ſine ſolutiōe ſatiſfiat:vt.l.ſi rē.§.oēs.ff.de pig.
ac.verbum reſtituere ad qd̄ Raynerius ſe obligauit ſapit integram re
ſtitutionem:cum reſtitutio eſt priſtinū ſtatum repoſitio.ij.q.iij.in ſi.l.
j.C.de ſen.paſ.⁊ alibi dicitur ꝙ verbo reſtitutiōis oīs vtilitas actoris
cōtinet.vt.l.cū pretor.ff.de verb.ſigni.nō enim reſtitueret quinq̄ mi
lia florenorū ſi poſſet cōuenire de duobus milib⁹:⁊ maxime hec verba
ſunt ſic capienda in caſu noſtro ꝓpter ſubiectā materiā cum hec reſti
tutio ſuccedat loco reſtitutiōis mādate per zenonē defunctū que inte
graliter debet fieri vt anima eius liberetur a peccato.de vſur.cum tu.⁊
in regula peccatū de regu.iur.lib.vj.Quinimo propter hanc ſuſpicio
nē ꝙ integre fieret talis reſtitutio ꝓpter occultas cōuētiones dicitur
qd̄ prouidētia ſuperioris debet talis reſtitutio integre fieri.d.c.cū ſit.
de iudeis.⁊ per Jo.an.in.d.c.ij.de teſta.lib.vj.Nec ob.ſi dicaꝛ credito
res poſſe ius ſuū remittere:quia dico ꝙ nō preſumiꝛ ſponte facere cū
nemo preſumaꝛ iactare ſuū ⁊ remittere alteri vſurario maxime a quo
nullū receperit:ſeruitiū:ſed potius daret pauperibus Nec autē remiſ
ſio non ſpōtanea non liberat habētem reſtituere ſicut dicimus de ipo

qui primo ſoluit vſuras,vt in.c.debitores.⁊ qđ ibi no.de iureiu.Et p̄ſertim hoc p̄cedit qñ qs teneť reſtituere ex perſona alteri⁹.nā ſeruanda eſt integraliter diſpoſitio teſtatoris ſine aliqua diminutione.l.nulli.⁊.l.ſi quis ad declinādā.C.de epiſc.⁊ cle.Nō ob.ꝯtriū in precedēti formatū.qꝛ procedit in pacto penitus primo cōtrario vt ibi not.⁊ ꝙ non eſt in caſu noſtro reſpectu quātitatis.vt.ſ.dixi.Conclude ergo ꝙ ſpecialis diſtributio vſurarum nō pertinet ad Rayneriū ſed ad depoſitarium eligendū per cōe.⁊ preſuppoſito ⁊ non conceſſo ꝙ ad eum pertineret teneť integre reſtituere quantitatem p̄miſſam in capl'is cōtineť. Et hec ſufficiant. Nico.abbas.

Conſilium.xxv.

1 ☞ Judicium qđ pluriū ſnīa cōfirmať firmus ⁊ ſtabilis eſt.

2 Cōuent⁹ ſeu congregatio vel collegiū de iure ciuili poteſt a principio conſiſtere in tribus,de iure canonico in duobus.

3 Scrutiniū qñ fit ſecrete non pōt quis in ſeipſum conſentire.

4 Electio ad hoc vt valeat opꝫ de neceſſitate ꝙ eligatur qs a maiori parte habentiuꝫ ius eligendi habito reſpectu ad totā congregationem.

5 Conſtitutio ꝯfirmata per ſuperiorē an poſſit reuocari ſine illi⁹ ꝯſenſu.

Saluatoris Jeſu xp̄i eiuſqꝫ piiſſime matris inuocato p̄ſidio.Qm̄ de infraſcriptis dubijs ad bonorū virorū ſatiſfaciēdū ꝯſciētijs,qꝛ nec p̄ iudiciorū anfractus diſcurrere habent.Jdeo ſuccincta ⁊ leui deciſione vti ingenij mei parcitas patieť illa perſtringam argumētatione ad quamlibet partiuꝫ miſſa.Et primo illud q̄rit,ſi in aliquo monaſterio ſiue prioratu ſubiecto cū oīb⁹ ſuis iurib⁹ ⁊ mēbris abbati gñalis ordīis mōtis Oliueti nō fuit hactenus fortaſſe ex cā prior per dictuꝫ abbatē generalem deputat⁹ valeat dict⁹ abbas qñcūqꝫ ſibi videbiť priorē ibidem conſtituere quemadmodū libere cōſtituit in alijs monaſterijs et prioratibus eidem monaſterio ſubiectis.Ad hoc primū dubiū arbitror in parte affirmatiua inclinādū ꝙ ſic.Quinimo videť prima fronte eū ad hoc ex iuris diſpoſitione obnoxium fore:nā ex quo preſupponitur ꝙ eſt monaſterium ſeu prioratus.ergo dꝫ habere monachos ſi fieri pōt.vt in.c.inter quatuor.de relig.do.⁊.c.relatū.ne cle.vel mo.Ex quo pōt ibi monachorū cōgregatio dꝫ ibidē prior inſtitui qui loco et perſonis preſit.vt in cle.j.de ſup.neg.p̄la.Quinimo vltra diſponiť vt ſolus prior nō mereť in prioratu,ſed teneť abbas deputare ad minus vnum ſocium ſui ordinis.Et ſi reditus prioratus nō ſufficiāt duob⁹,tunc dꝫ alteri prioratui vel principali monaſterio per habentē p̄tātez vniri prioratus ⁊ ſeruitio in diuinis debet deputari clericus ſecularis vt eſt tex.in cle.ne in agro.§.ad hoc.de ſtatu mo.nec obſt.ꝙ poſt ſubiectionem factam de decimis prioratus ordinis mōtis Oliueti nō fuerit ibidem deputatus prior,qꝛ in iſtis cōcernentibus honeſtatē ⁊ cultum diuinum nō dꝫ inſpici quid factū fuit,ſed quid fieri debuit.vt in.c.cum cauſam.⁊.c.cū in magiſtrū.de elec.facit de vita ⁊ honeſt.cle.c.cū decorem domus dei.Jtem video ꝙ etiam in grangijs monaſterij,vbi ſunt ſola oratoria pōt abbas p̄ limito mittere aliquos monachos et ibidē cōſtituere priorē iuxta no.in.c.fi.de cēſi.nā ⁊ cura toti⁹ monaſterij ⁊ locorū eideꝫ ſubiectorū p̄tinet ad abbatē.vt in.c.nulla.xviij.q.ij.⁊.c.cū ad monaſterium.ver.tales.de ſta.reg.⁊ quiſqꝫ ſuperior pōt id agere per qđ augeť cultus diuinus ⁊ decor eccleſie iuxta not.in.c.cū acceſſiſſet.de conſti.Et hoc eſt indubitatū ſi talis prioratus de quo queritur habet bona per ſe diſtincta bonis monaſterij.Sed ſi illius bona pertineant ad monaſteriuꝫ principale puta qꝛ ſunt de menſa.Dico ꝙ licet tunc abbas non poſſit compelli ad ponendum ibi rectorē ſpecialem.iuxta id qđ legi.⁊ no.in cle.frequens.de excep.p̄la.pōt tñ ſi vult.quia ex hoc nulli fit preiudicium ſi augmentatur cult⁹ diuinus ⁊ bona loci melius diſponunť.ar.eorū que not.in.d.c.cū acceſſiſſet.Et ex his infertur ad ſecūdū dubiū ⁊ tertiū.An prior ibidē cōſtituēd⁹ vna cū vno vel duobus monachis in eodem prioratu per abbatē deputando ſeu deputandis debeat habere vocē in electione gñalis abbatis quaten⁹ verbis cōſtitutionis ordinis qua caueť vt prior cuiuſqꝫ monaſterij dicti ordinis.⁊ vnus vel duo monachi dicti monaſterij habeant vocē in electione abbatis gñalis.Et p̄fecto videť mihi in oēm caſum dicēdū ꝙ ſic.Aut eñ bona talis prioratus non ſunt ſeparata a bonis maioris monaſterij,⁊ tūc de iure cōi tales debeant habere vocem in electione abbatis.iuxta not.per Jnn.⁊ Jo.and.in.c.fi.de relig.do.debet dicta conſtitutio ordinis admittens prioreꝫ ⁊ vnū vel duos monachos inferioris monaſterij intelligi large vt etiam talē priorē ⁊ eius monachos includat.qꝛ ſtatutū dꝫ trahi ad ius cōe q̄ntū fieri pōt.vt in.c.dilectus.de cōſue.⁊.l.ij.C.de noxa.Jnn.in.c.cū cauſa.de preſcrip.⁊ Bar.in.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iur.p̄ſertim vbi verba patiunť vt cōtingit in caſu noſtro.nam verū eſt dicere hunc priorem eſſe lꝫ ad nutuū abbatis remouibilis.vt in cle.⁊ ſi principali.de reſcrip.⁊ cle.j.de ſup.neg.p̄lato.⁊.c.cū ſingula.de preb.lib.vj.cū ſimi.Jteꝫ ⁊ monachi deſtinati ad taleꝫ prioratū p̄ abbatē veri poſſunt dici monachi illius monaſterij,lꝫ ſint per abbatem remouibiles.tex.eſt nota.in.c.de priuil.lib.vj.in fi.§.aut bona talis priorat⁹ ſunt oīno ſeparata a bonis maioris monaſterij.⁊ quo ad adminiſtrationē ⁊ quo ad vtilitatē ⁊ vſum.⁊ idem eſt dicēdum qꝛ intereſt cuiuſqꝫ prioratus cōcurrere ad electionem generalis abbatis ſub cui⁹ regimine gubernatur:⁊ ſuper hoc intereſſe fuit fundata cōſtitutio admittens priorē ⁊ vnum vel duos monachos cuiuſqꝫ monaſterij dicti ordinis ad electionē abbatis.vnde lꝫ de iure cōi ſit dubiū an monachi talis priorat⁹ habētis bona diſtincta debeāt habere vocē in electione abbatis gñalis.iuxta no.in.d.c.fi.de relig.do.attamē cū cōſtitutio hoc caſu gñaliter ⁊ clare loquať de quolibet monaſterio debēt tales admitti maxime cū priorat⁹ iſti nō habeāt electionē p̄prij prioris:ſed deputanť in quolibet monaſterio ad nutū abbatis:nec debet in caſu noſtro fieri ſtricta ⁊ amara interpretatio cū nō ſit res odio-

1 ſa imo fauorabilis.† qꝛ firmius ⁊ ſtabilius eſt iudiciū qđ plurium ſententia cōfirmať.vt in.c.prudentiā.ver.illa quippe.ff.de offi.deleg.⁊ preſertim in electione.vt in.c.obeūtibus.lxiij.diſt.Ad quartū dubium quid ſi cōtingat ꝙ aliquo prioratu non ſint niſi duo vel tres monachi vna cū priore an vn⁹ vel duo ex dictis monachis poſſint venire ad electionē abbatis gñalis.Dubiū facit qꝛ ſm verba cōſtitutionis monachi predicti priorat⁹ ſunt aſſumendi ad actū electiōis per cōuētū ipſi⁹ priorat⁹:ſed in tali prioratu debent aſſumi per cōuentū cum non ſint ibidē niſi ipſi duo vel vnus cū priore.ergo nō videnť tales admittēdi.Sed hac cōſideratione nō obſtāte cōtrarium puto de iure tenenduꝫ.

2 †Et primo dico ꝙ cōuētus ſeu congregatio vel collegiū poteſt p̄ncipio cōſiſtere in tribus.l.neratius.ff.de regu.iur.De iure canonico videtur ꝙ poſſit cōſiſtere in duobus.vt in.c.j.de elec.no.gloſ.in.c.j.x.q.i.de quo tamē pleni⁹ dicenduꝫ.vt no.in.d.c.j.de elec.Jtē collegium ſeu virtus ⁊ potētia collegij ſeu capitularis poteſt ꝯſiſtere ī vno ſolo alijs deficientibus.vt legiť ⁊ no.in.c.gratum.de poſtula.⁊ in.l.ſicut.qđ cuiuſqꝫ vni.⁊.lxv.diſt.c.fi.His p̄miſſis dico ꝙ multipharie poteſt remediū in hoc adhiberi.Et primo ſi ſunt tres in cōgregatiōe poſſunt eligere vnū qui erit electus a duobus.poſtmodū poſſunt eligere reliquū qui etiā poterit eligi a duobus qꝛ licet primo tertius fuerit deputat⁹ vt eſſet vnus de electoribus nō per hoc p̄dit vocē ⁊ ius intereſſendi ⁊ promouēdi facta prioratus:qꝛ hoc nullibi caueť cum per illā deputationē nō remoueať a cōgregatiōe cū non deſignat per hoc eſſe monachus monaſterij:nec iſte actus ē incōpaſſibilis cū p̄mo nā ⁊ officiales habent nihilominus vocē in capitulo monaſterij.arg.in.c.edoceri.de reſcrip.c.fi.de preben.li.vj.Secund⁹ modus eſt vt palam ⁊ in aperto tractēt de mittēdis aliquibus ad electionē gñalis abbatis:⁊ tunc deputatus per aliū poterit cōſentire cū a ſe non oriať ſed vocať a facto vt ipſe pro bono monaſterij ꝯſentit:⁊ ſic cōcurrit in hac electione tot⁹ cōuētus:⁊ hoc poterit fieri etiā ſi ſunt duo tm̄ in ꝯgregatiōe:nec hoc caſu teneñť hāc deputationē facere p̄ ſcrutiniū occultū etiā ſi in cōſtitutione hoc caueať quia nō de facto talis forme poſſibilis cū vnus nō poſſit votū alterius in ſecreto ſcrutari.⁊ ideo ꝯſtitutio vēdicat ſibi locum in tali prioratu quo ad formā ſcrutinij ſecreti:qꝛ lex nō aſtringit vbi de facto ſeruari non pōt.iij.diſt.erit autē lex.⁊.l.fin.ff.que ſen.ſine appel.reſcin.⁊.l.ita aūt.ff.de admini.tuto.Hic notanter dixit Jo.an.ſuper regula in toto.de reg.iur.li.vj.in mercu.ꝙ ſi in eccleſia collegiata nō ſunt niſi duo poſſunt illi p̄cedere ad electionē ſine forma ſcrutinij.nec perdunt electionē p̄pter defectū forme.c.quia p̄pter de electi.quā ſeruare non poſſunt p̄pter paucitateꝫ numeri ſed potius reſeruatur eis electio ⁊ remittit illa forma dicit etiā ꝙ vn⁹ poterit eligere reliquū palā:⁊ ille electus poterit cōſentire:⁊ diceť electus a toto conuētu:qꝛ licet vox electi non computetur in numero qñ p̄ceditur per formam ſcrutinij priuati.vt in.c.cumana.⁊ qđ ibi nota.de elec.ꝙ ſic debet intelligi.ſecus aūt eſt qñ procedit p̄ viā ſcrutinij manifeſti.vt legitur

3 ⁊ no.in.c.cū iure.eo.ti.Ratio diuerſitatis eſt:† quia cum ſcrutinium ſit ſecreto nō pōt quis in ſeipm̄ cōſentire.qꝛ cum tunc ignoret an alij in euꝫ cōſenſerint repelleret iſte tanq̄ ambitioſus ſi ſeipm̄ eligeret cū nemo debeat ſeipm̄ eligere ⁊ a ſe principiū oriri.ſed debet vocari ſicut Aaron.vt in.c.qualiter ⁊ qđ de elec.ſed qñ ſcrutiniū fit palā ⁊ videt ſe eligi ⁊ deputari per alios.tūc pōt cōſentire ſeu electiōi:qꝛ vocatur tūc a ſocijs.nec poteſt dici ambitioſus.⁊ conſentiendo auget numerum ⁊ eſt iſte tex.no.in.c.cū in iure ⁊ ibi per Jo.an.Tertio dico ꝙ ſi in cōgregatiōe ſint duo vel vn⁹ dūtaxat cum priore ꝙ oēs poſſunt collegialiter diſponere vt vadant ſimul ad electionē interim eccleſia non careat debito diuinorū cultu.Nec ob.ſi dicať ꝙ iſti nō ſint electi per cōuētum vt dicit in cōſtitutione:qꝛ dico ꝙ nō ſolū deputantur per conuētum imo ipſi ſunt cōuētus diſponēdo vt oēs vadant ſatis conuentus hoc diſpoſuit.nam ⁊ corpus poteſt diſponere de ſingulis.ſic capitulū poteſt cōſentire vt capelle iuueniāť ſingulis eorū prebēdis.vt in cle.c.expoſuiſti.de preben.facit qđ no.Jnn.in.c.cū nō ignores.e.ti.⁊ in.c.irrefragabili.§.exceſſus de offi.ord.Preterea ius eligendi nō dať priori ⁊ duobus monachis attēta forma:ſed attēta ſubſtātia ⁊ effectu vt quilibet prioratus habeat in electiōe abbatis priorē ſuum ⁊ vnuꝫ vel duos monachos tm̄ attēto effectu ſatiſfactū eſſet mēti ꝯſtitutionis diſpoſuit enim cōſtitutio vt monachi aſſumerētur per cōuentū ne aliqui p̄pria autoritate venirēt vel vt nō aſſumerētur ad libitū prioris vt ſic oīs cōgregatio honoraret ⁊ cōueniret in electiōe abbatis gñalis.Sꝫ in caſu noſtro qñ duo vel vnus dūtaxat eſt in prioratu vltra priorē ſi illi collegialiter hoc prius in aperto diſponūt:iō vadūt propria autoritate ſibi nec ſibi prior aſſumit ad libitū.ſed ipſi vel ipſe hoc facit exercendo ⁊ promouendo

ꝛ ꝓmouendo iura collegij qͦ penes eos vel vnū ſolū eſt laicoꝝ defe-
ctu.vt.ſ.dixi debet em̄ attēdi mens cōſtitutiōis:ꝛ ipſius ratio non au
tē verba.vt in.c.intelligētia.de verb.ſign.ꝛ.l.cū pater.§.dulciſſimis.ff.
4 de leg.ij.Et hec de quarto dubio.¶Circa quintū dico † ꝙ ad hoc vt
electio valeat opꝫ de neceſſitate qͦ eligat quis a maioꝛi parte habētiū
ius eligēdi habito reſpectu ad totā cōgregationē:vnde non ſufficeret
maioꝛ pars cōparatiōe minoꝛis partis ſed debet eſſe maioꝛ pars to-
tius cōgregatiōis.tex.eſt no.in.c.eccleſia.el.j.de elec.ꝛ electus nō pōt
cōputari in numero cū ꝓcedit ꝑ ſcrutiniū priuatū.vt.ſ.dixi.ſecus ſi
procederet palā oībus audiētibus vt predixi.Dico etiā qͦ vbi de ne-
ceſſitate non eſſet ſeruāda foꝛma.c.qꝛ ꝓpter.de elec.poſſent electoꝛes
cōuenire a pꝛincipio vt ille ſit electus in quem conueniret maioꝛ pars
partiū cōparatiōe minoꝛū.qꝛ propter pꝛimū cōſenſum ꝛ cōuētionem
oēs vident cōſentire ſicut plerūqꝫ obſeruāt cardinales in electione pa-
pe.vt no.doc.in.c.licet.de elec.ꝛ eſt glo.oꝛdi.in.c.ſocij.e.tit.lib.vj.ꝛ ibi
bonus tex.cū gl.ad hanc materiā.Et hoc in pꝛactica poſſet obſeruari
in eligendis electoꝛibꝰ:qꝛ in eis deputādis non eſt in dubio ſeruanda
foꝛma.c.quia ꝓpter.quia illud capitulum ꝓcedit in electione pꝛelati.
¶Ad vltimū dubiū de modo.ſ.tenendo in ꝯſtitutiōe cōcedēda vt nō
habeat obligare ꝯuenientes ad pactū niſi cōtēptoꝛes dico ꝙ ſatis eſt
ꝙ maioꝛ pars cōgregationis conſentiat.iuxta id qͦ legit ꝛ not.in.c.j.
de his q̄ fi.a maio.par.cap.ꝛ ꝙ cōſtitutio talis fundet ſuꝑ contemptu
reſpectu culpe:ſed reſpectu pene ſuꝑ qualibet trāſgreſſione culpoſa vt
puta ſi dicat ſic.Quicūqꝫ ſic fecerit puniat tali pena.Et ſi ꝯuenerit ex
cōtēptu illaqueat ꝛ inuolat etiā culpa ꝛ pena.ꝛ puta quod vbi conſti
tutio talis eſſet facta a collegio ꝛ cōfirmata per papā poterit collegiū
illā modificare dūmodo ſit tale qd ſuꝑ quo ipſum collegiū ſeu maioꝛ
pars potuiſſet illud ſtatuere ſine papa.c.cum acceſſiſſent.de cōſti.not.
5 Bar.in.l.oēs populi.ff.de iuſti.ꝛ iu.in illa.q.† an cōſtitutio cōfirmata
per ſuperioꝛē poſſit reuocari ſine illius cōſenſu.ꝛ diſtinguit,qͦ aut eſt
talis populus ſeu cōgregatio q̄ poterat ſtatutū facere ſine ſuperioꝛis
autoꝛitate:ꝛ tūc eadē ratione poterit reuocare:ꝛ per cōſequēs foꝛtius
modificare ad dictū.c.cū acceſſiſſent.ꝛ.c.cū.m.de ꝯſti.Aut nō poterat
ſtatuere ſine ſuperioꝛis autoꝛitate:ꝛ tūc aut vult ſtatutū tollere aliter
ſtatuēdo.Aut vult ſimpliciter tollere:ꝛ ad ius cōe redire Pꝛimo ca-
ſu nō poteſt niſi interueniat eadē ſolēnitas in deſtituēdo q̄ interuenit
in cōſtituendo.Scdo caſu nō pōt ſine ſuperioꝛis autoꝛitate.arg.in.l.
hac cōſultiſſima.§.ſi quis aūt.C.de teſta.vbi pꝛimū teſtm̄ tollitur per
ſecūdū minus ſolēniter factū quādo per illud ad ius cōe redditur:qꝛ
ſunt inſtituti veniētes ab inteſtato alꝭ ſecus:ad idē iura ſuperius alle
gata in pꝛimo membꝛo.Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

In queſtiōe que ad pͥſens verti-
tur inter clerum Coꝛtunenſem ex vna parte:ꝛ quedā monaſteria mo-
nialium oꝛdinis ſancti Benedicti in ciuitate ſeu dioceſi Coꝛtunē.ſita
ex alia in eo ꝛ ſuꝑ eo qͦ clerus petit dicta monaſteria cōpelli ad cōtri-
buendū vna cum dicto clero circa ſolutionē ꝓcuratiōis nūtioꝝ ſedis
apoſtolice ꝛ ꝓcuratiōis epo vt ratiōe viſitatiōis debite ac ad charita-
tiuum ſubſidiū pꝛomiſſum ꝛ ad alia onera quotidie clero occurrētia:
ad q̄ oīa dicit per clerū ſeu ipſos ſyndicos ꝛ officiales dicta monaſte-
ria teneri tā ex iuris depoſitione q̄ vigoꝛe cuiuſdā cōſtitutionis epa-
lis.In ꝯtrium vero pꝛo parte monaſterioꝝ allegat ius cōe qͦ videtur
ab oneribus loca religioſa eximere.item cōſuetudo tanti tempoꝛis de
cuius initio non eſt memoꝛia.

¶Conſilium.xxvj.

1 Monaſteria poſſunt viſitari per loci epm̄ ꝛ ab eo peti pꝛocuratio.
2 Eps apoſtolica autoꝛitate pōt viſitare monaſteria monialiū exempta
ꝛ immediate ſedi apoſtolice ſubiecta.
3 Monaſteria tenentur ſoluere quartam de relictis eis factis.
4 Et eximi poſſunt pꝛiuilegio vel longa conſuetudine.4.
5 Pꝛeſcriptio in quarta decimarum ꝛ moꝛtuoꝛum currit contra epm̄.

IEſu chꝛiſti redēptoꝛis ipſi
uſqꝫ pͥſſime matris pͥſidio humiliter inuocato.Videt pꝛi
mo dicta monaſteria ad pͥfata onera indiſtincte teneri.Et
pꝛimo de ꝓcuratiōe nūtioꝝ ſedis apoſtolice videt expꝛeſſe vt oēs ec-
cleſie teneātur niſi ꝑuilegio apoſtolico ſint munite:vt pꝛobat in.c.cuꝫ
inſtātia.de cēſi.ꝛ.c.ꝓcuratiōes.eo.ti.ꝛ in.c.accedētes.de pͥſcrip.ꝛ vtro-
biqꝫ diſponit ꝙ nō ob.cōſuetudo etiā lōgiſſimi tpis:qꝛ qͦ omnibus
imminet ab oībus debet compoꝛtari.vt ibi ꝛ ſpecifice religioſis etiam
exēptis cauet in cle.ij.§.ſunt ꝛ nōnulli.de cenſi.¶Circa ſcdm̄ de ꝓcu
ratione rōne viſitatiōis epo loci debita videt in.c.cū ex officij.de pꝛe-
1 ſcrip.ꝛ.c.venerabili.de cēſi.in quibꝰ patet † ꝙ monaſteria poſſunt vi-
ſitari per loci epm̄.ꝛ ab eodē peti ꝓcuratio pͥſcriptiōe non obſtante cū
ſit viſitatiōi annexa.vnde ſicut ipſa viſitatio eſt impꝛeſcriptibilis.vt in
c.cū nō liceat.de pꝛeſcri.eodē modo ꝛ ipſa pꝛocuratio viſitationi anne-
xa:qꝛ de cōnexis idē debet eſſe iudiciū vt dicit tex.in.d.c.cū ex officij.
2 Quinimo pōt † eps apoſtolica autoꝛitate viſitare monaſteria monia-
lium exēpta ꝛ immediate apoſtolice ſedi ſubiecta:vt in cle.accedētes.
de ſta.regu.ꝛ eſt ibi glo.not.in verbo alia que notāter dicit ꝙ ſiue viſi-
tet ſibi ſubiecta ſiue exēpta pōt eps petere ꝓcurationē cū illa ſit viſi-
tatiōi annexa.vt.ſ.dixi.¶Circa tertium de charitatiuo ſubſidio ſunt
opiniones nunquid de iure monaſteria ꝛ loca religioſa ad illud impē
dium teneant.nā Inno.videt ſentire in.c.j.de ſta.regu.ꝙ ab his oneri
bus ſunt exēpta quaſi ſit de lege dioceſana a qua monaſteria a iure cōi
ſunt exēpta.ꝛ hoc videt ſentire ibi poſt pꝛin.in ver.nos igit inverſ.mo
deratū auxiliū ꝛc.licet i fi.gl.ſue videat aliquātulū vacillare.Hāc opi.
tenēt Archi.ꝛ Jo.an.in.c.j.de pꝛeb.lib.vj.ſentit Paul.in cle.j.de ex-
ceſ.pͥla.tacite etiā ſentit gl.x.q.iij.in ſumma optime pꝛo hac opin.facit
multū tex.in.d.cle.j.de exceſ.pꝛela.in.§.exigēdo.maxime iūcta gloſſ.in
verbo in exigēdo.vbi innuit ꝙ etiā ab exēptis religioſis pōt exigi cha
ritatiuū ſubſidiū dūmodo eps debitū modū nō excedat.nā ibi expo-
nebat querela ꝙ eps nimiū excedebat illo ſecus ergo ſi ſeruet debituꝫ
moderamē.ꝛ hoc aliqui doc.tenuerūt.ibi tenuit etiā dn̄s zaba.poſtea
cardinalis Floꝛētinus in.c.dilectꝰ.de offic.oꝛd.ꝛ ita dixit ſe cōſuluiſſe
3 facit † qꝛ monaſteria tenent ſoluere quartā de relictis eis factis.vt in
c.requiſiſti.de teſt.ergo foꝛtius ad charitatiuū ſubſidiū cum ad ea que
charitatis rōne impendunt ſtrictiꝰ teneātur loca religioſa quod alia.
arg.in.c.recolētes.de ſta.reg.Et omniū de dioceſi intereſt vt eoꝝ eps
ſuſtentet ꝛ ad eleemoſynā neceſſitatis tēpoꝛe oēs tenent.vt legi.ꝛ no.
in.c.ſicut.xlvij.diſt.Itē facit qꝛ.c.cū apoſtolus.§.ꝓhibemus.de cenſi.
permittit indiſtincte vt a ſuis ſubditis poſſit caritatiuū ſubſidium exi
gere ergo a ꝑſonis religioſis poteſt cum ipſi ſubditi ſint epo.xviij.q.ij.
abbates.ꝛ.c.monaſteria.ꝛ.c.quāto.de offic.oꝛdi.cū ſi.Iſte ergo caſus
licet ſatis argutus pꝛo parte ipſius mihi nō eſt abſolutus pꝛo eo cum
iura ꝛ opi.varientur.¶Item dico circa quartū ꝑ clerū poſtulatum in
eo qͦ petitur vt expenſas quotidie occurrētes pͥdicta monaſteria ꝯtri
buere coguntur.nam ꝙ teneātur multū facit cle.ij.de cōſt.pꝛealle.in.§.
ſunt ꝛ nōnulli.vbi videt quaſi tex.vt extraoꝛdinaria onera clero incū-
bentia teneantur etiā religioſi exēpti dummodo ad congruam poꝛtio
nem aſtringant ꝛ nō nimiū grauent.ad idē tex.in cle.j.e.ti.ꝛ regula qͦ
omnes tangit.de reg.iur.lib.vj.In contrariū tamen facit tex.multum
no.in.d.c.quā ſit.xviij.q.ij.vbi ita diſponitur ꝓpe finem.Monaſteria
eccleſiaſticis conditionibus ſeu angarijs vel quibuſcunqꝫ ſecularibus
obſequijs nullo modo ſubiaceāt nullis canonicis iuribus deſeruiant:
ſed remotis exactionibus ac ciuitatis grauedinibus diuinū opus cuꝫ
ſumma deuotiōe animi perficiāt ex quibus verbis clare colligit mona
ſteria foꝛe exēpta ab iſtis obſequijs ad q̄ tenent eccleſie ſeculares ꝛ pō
deranda ſunt illa verba nullis canonicis iuribus deſeruiāt ꝛc.ꝛ ſi non
tenent ad ea onera q̄ iuſte ꝛ licite introducta ſunt a canonibus vt ad
cathedraticū ꝛ ſimilia ad hoc bonus text.in.c.inter cetera.x.q.iij.ꝛ qͦ
no.glo.eadē cā ꝛ qōne in ſumma.ad idē qͦ no.Inn.in.d.c.j.de ſta.reg.
pꝛope finem.in ver.nam de lege dioceſana ꝛc.vbi dicit de lege dioceſa
na eſſe quod ſingule eccleſie debeant cōferre cū epo qn̄ vadit ad papā
vel ad regē vel ad ſynodū vel qn̄ facit expēſas pꝛo aliquibus negotijs
cōibus totius dioceſis ab his oībus exempta ſunt monaſteria ſꝫ eū ꝛ
hoc dicit ſonare pͥdictū maxime.c.quā ſit palleg.Sed poſtea videt ab
hoc recedere dicēs vel dic hoc nō eſſe de lege dioceſana ſed iuriſditio-
nis nihil tū ſpecifice ꝑ hac parte inducit.Ex his oībus clare ptꝫ hunc
caſum eſſe ſatis dubiū.ſed tex.in.d.cle.ij.multum facit ꝑ hac opinione
cōtra monaſteria quē tex.nō vidit Inn.qꝛ poſt eū emanauit.Pꝛeter-
ea ꝛ vltimo ꝑ parte cleri videt facere ꝯſtitutio epalis que diſponit vt
oīa bona etiā monaſterioꝝ allibꝛētur ꝑ ſoluendis oneribus incumbē-
tibus clero pꝛo rata facultatum ꝛ conſtitutio epi habet in ſua dioceſi
vim canonis.xj.q.iij.nemo cōtēnat.ꝛ qͦ legi.ꝛ no.in.l.ij.de cōſti.li.vj.
¶Sed pͥdictis nō obſtātibus contrariū puto dicendū in caſu noſtro
cū modificationibus tū infraſcriptis.Moueoꝛ pꝛincipaliter propter
ꝯſuetudinē tāti tēpoꝛis cuius initij memoꝛia nō extitit que per dicta
monaſteria in eoꝝ fauoꝛē allegant.nā talis cōſuetudo ſeu pꝛeſcriptio
habet vim tituli.vt in.c.j.de pͥſcri.li.vj.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de
4 aqua quoti.ꝛ eſti.ꝛ.l.j.in fi.ff.de aqua plu.arcen.† nam ſicut ex ꝑuile-
gio poſſunt monaſteria ab his oneribus eximi.vt in.c.accedentibus.
de pꝛeſcrip.ꝛ.c.cum inſtātia.de cenſi.cū ſimi.ita ꝛ ꝑ tātam ꝛ tam longā
ꝯſuetudinē de cuius initio memoꝛia nō exiſtit.nec obſtant illa iura q̄
vident reprobare pͥſcriptionē lōgiſſimi tēpoꝛis.quia non loquunt de
illa de cuius initio eſt memoꝛia.nā ex curſu tāti tēpoꝛis pͥſumit cauſa
legitima vt in dictis iuribus no.pterea ſicut ꝑ cōſuetudinē tanti tem-
poꝛis poſſunt ſine aliquo alio titulo pͥſcribi iura alicuius eccleſie etiā
cenſus nulla cā apparente adeo qͦ poteſt peti cēſus ex eo qꝛ fuit ſolu
tus per tātū tēpus de cuius initio nō eſt memoꝛia ꝛ pͥſumēda eſt cauſa
ex curſu tāti tēpoꝛis.vt no.gl.in.c.nullus eps.j.q.j.ꝛ Joan.an.in.c.per
uenit de cēſi.ꝛ Bar.in.l.cū de in rem verſo.ff.de vſu.ita foꝛtius potue-
runt pͥſcribere ꝑ tantum tēpus dicta monaſteria cōtra alias eccleſias
ſeu reſiduū cleri vt ſint ab his oneribꝰ exempta.Et ad cōfirmationem
huius ſnīe adduco tex.quaſi apertū in cle.j.de cenſi.iuncta gl.in verbo
legitima vbi pꝛobat ꝙ pͥſcriptio ꝓdeſt in his oneribꝰ vitandis in his
tamē q̄ pͥſcriptibilia ſunt ſm̄ gl.ibi ꝛ ideo adiecit illā limitationē que
pͥſcriptibilia ſunt ꝛc.quia in quibuſdā dubitat an currat pꝛeſcriptio.
loquit tū tex.ibi in pꝛeſcriptione tāti tempoꝛis de cuius initio non eſt

memoria.⁊ de his de quibus dubitatur an currat p̃ſcriptio not.p Jo.
and.in.c.cũ venerabilis.de cenſi.Preterea videmus † ꝙ cõtra epm cur
rit p̃ſcriptio in quarta decimarũ ⁊ mortuorũ.vt in.c.de quarta.de pre
ſcrip.itẽ vna eccleſia p̃ſcribit decimas in parochia alteri⁹ cõtra ius cõ
mune.vt.d.c.j.de reſcrip.lib.vj.⁊.c.ad apoſtolice.de deci.fortius põt
vna eccleſia p̃ſcribere ꝯ reliquas libertatez vt ad onera cõia nõ teneat̃.
Et hec ĩdubie puto ꝓcedere reſpectu onerũ cõiũ ⁊ charitatiui ſubſidij
⁊ hoc duplici ratione.Primo q꞉ p̃ſcriptio vz cõtra onera communia.
vt.ſ.dixi.Secũda qm̃ cũ dubiũ ſit in iure an monaſteria teneantur ad
charitatiuũ ſubſidiũ ⁊ onera communia.vt.ſ.ſatis dictũ eſt.ergo re-
currendũ ⁊ ſtandũ eſt conſuetudini q̃ eſt optima legũ interpres.vt in
c.cũ dilect⁹.de conſuet.⁊.l.ſi de interpretatione.⁊.l.minime.ff.de legi.
ralis. de re iudi. ꝑ Inn. in. c. q̃ in eccleſiarū. de cōſti. ⁊ Barto. in. l. fi. C. ſi
cōtra ius vel vti. publi. ergo talis ꝓhibitio cū ſit de iure ciuili non hʒ
locū in legatis ad pias cauſas. Uidemus inſuper ꝙ omnes regule iu
ris ciuilis in vltima volūtate tradita fere ceſſant ī legatis ad pias cau
ſas vt plene legit̃ ⁊ notat̃ in. c. cū tibi. ⁊. c. relatum. de teſta. per Bart. ⁊
Bal. in. l. j. C. de ſacroſan. eccle. preal. hinc eſt ꝙ ſm̄ cōem opi. doctorū
3 valet † in iſtis legatis ad pias cauſas volūtas captatoria. Itē poteſt
quis pro parte decedere teſtatus: ⁊ pro parte inteſtatus ſicut miles
nec vitiantur legata ſi ex teſtamēto nō adeatur hereditas. ⁊ idē in ſi-
milibꝰ queſtionibus vt pleniſſime no. per doctores vtriuſqꝫ iuris ī lo
cis p̄allegatis. Subſtitutio vero facta de dicto cōſortio ſeu fraternita
te dr̄ ad pias cauſas. ⁊ lʒ ad hoc aliq allegēt gl. ī. c. ſi q clericoꝝ. xi. q. j. ⁊
Archi. in. c. ſi qs. xlij. di. tñ gl. ⁊ Archi. hoc nō dicunt. ſʒ ſolū aſſerunt
ꝙ tales cōfraternitates ſeu cōſortia nō ſunt reprobata. Sed ego alle-
go Specu. in titu. de inſtru. edi. in. §. nūc vero aliqua. ver. ſcias ꝙ inter
4 relicta ad pias cauſas. vbi cōcluditur † ꝙ hoſpitalia ⁊ q̄libet alia loca
in quibus exercent̃ operas charitatis dicunt̃ loca pia. allego ad hoc
bonū tex. ⁊ qḋ no. ibi Bar. in. l. omnia priuilegia. C. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ ex
preſſius idē Bar. in. l. j. ⁊ fi. ff. de colle. illic. facit tex. in. c. requiſiſti. de te
ſta. Et ex his infero ad ſcḋm dubium nunquid ex predicta heredita-
te ſit detrahenda trebellianica. ⁊ dico ꝙ nō ex duplici capite. nā ſi con
ſortiū vult adire hereditatē iure directo qḋ pōt ex priuilegio ſpeciali
⁊c. §. dixi. ⁊ qꝛ teſtator ſubſtituit etiam directe non debet detrahi tre-
bellianica. qꝛ nō capit a manibus heredis: ſʒ immediate ab ipſo teſta-
tore: ⁊ ſic ſicut dicimus in milite. vt. d. l. cēturio. Si aūt vult petere di-
cta bona ex fideicōmiſſo qḋ pōt per ſupradicta. tūc iure ſpeciali nō de
bet detrahi trebellianicā. ꝑ aut̃. ſimiliter. C. ad le. fal. lʒ gl. teneat oppo-
ſitū in. d. c. ſi pr̄. de teſt. li. vi. q̃ voluit reſtringere illā aut̃. ad falcidiā q̃
detrahit̃ ex ſingulis legatis nō aūt voluit extendere ad trebellianicā
q̃ detrahit̃ ex toto corpe hereditatis. tñ cōis opi. modernoꝝ vtriuſqꝫ
iuris eſt in oppoſitū. ⁊ eā tenet Bar. in. l. marcellus. ad treb. ⁊ Bal. in
l. id qḋ pauperibꝰ. C. de epiſ. ⁊ cle. Cy. in aut̃. ſʒ cū teſtator. C. ad legem
fal. Et vidi ſuper hoc cōſilia ſolēnium doctorum. ⁊ motiuū p̄ncipale
5 huius opinionis eſt † qꝛ falcidia continet in ſe trebellianicā. nam tre-
bellianica largo modo dr̄ falcidia. ⁊ videt̃ de hoc tex. in aut̃. de eccle. ti.
§. cum autē. in. l. ſi quis ad declinandam. C. de epi. ⁊ cle. vbi fit mentio
de legato particulari ⁊ hereditate reſtituēda. ⁊ tñ ꝓhibet̃ ibi oīs falci
dia in relictis ad pias cauſas. itē hodie ſunt coequata legata ⁊ fidei-
commiſſa. vt in. l. ij. C. cōia de lega. vnde ſicut falcidia in legatis ita de-
bet ceſſare in fideicōmiſſis. nō obſtat p̄dictis. c. ſi pater. qꝛ ſolum ꝓbat
a contrario ſenſu. ſed tale argu. ceſſat vbi reperitur contrarium in iu-
re. vt in. c. a nobis. j. ⁊. ij. de ſen. excō. Itē ibi procederet argu. a contra-
rio ſenſu reſpectu legitime non autem reſpectu trebellianice. non ob.
motiuum glo. in. d. c. ſi pater. ꝙ fruſtra eſſet heres ſi non detrahit tre-
bellianicā: imo nō fruſtra. qꝛ habebit meritum a deo exercendi ipſum
actum tam reſpectu defuncti quā reſpectu pauperum quibus fienda
eſt reſtitutio ſeu diſpenſatio. facit ꝙ in ſimili no. Bal. in aut̃. prealleg.
Et hec ſufficiant. Nico. Abbas.

¶ Conſilium. xxxiij.

1 ☞ Clerici poſſunt compromittere in laicos de rebus tp̄alibus preſer
tim ad patrimonium eorum ſpectantibus.
Et ſnīam latam a iudice non ſuo poſſunt approbare. 2.

Statuta

3 Statuta laicorum ſpecifice nõ diſponentia de clericis nec in libertatẽ eccleſiaſticam dũmodo alias ſint honeſta debent ſeruari inter clericos etiam in foro eccleſiaſtico.
4 Clericus ſi litigat laico ſequẽdo forũ rei ſubmittit ſe tacite omnibus ſtatutis laicorum concernentibus iudicij ordinem.
5 Arbitri poſſunt appellari iudices largo ſumpto vocabulo.
6 Iuriſditio poteſt tacite prorogari.
7 Mulcta impoſita per iudicem ratione cõtumacie ſi tempore ſñie nõ conſtat iudici de illius contumacia non valet.
8 Sententia lata ɔtra plures collegas ſimpliciter inducit obligationẽ pro parte ita ꝙ quilibet videtur condemnatus in dimidia.
9 Captura facta per iudicem ſecularem contra clericum coniugatũ non incedentem in habitu ⁊ tonſura valet.

Preſidio altiſſimi ex corde
poſtulato. Qꝛ qnqꝫ dubia veniũt principaliter examinan
da attingã iuxta ordinẽ cõſultationis qδlibet dubiũ ꝑ ſe.
Et primo circa primũ quo querit in effectu. an cõpromiſſum in qua
tuor mercatores laicos in curia officialiũ mercãtie ꝑ duos germanos
ex vna parte Jacobũ.ſ.⁊ Philippũ qui gerebãt ſe ꝓ mercatoribus te
neat cũ alter eorũ.ſ. Jacobꝰ allegat ſe nunc clericũ in minoribus. reli
quus vero.ſ. Philippus reperiat clericus cõiugatꝰ. Et ꝑſuppoſito ꝙ
cõpromiſſum valuerit. querit. an potuerit dictꝰ Jacobꝰ ꝑ procurato
rem ſe ſubmittere deciſim ordinationi illiꝰ cauſe ſtatutis ⁊ conſuetu
dinibꝰ ⁊ ſtylo mercãtie. ⁊ ſic in effectu poſſunt dici duo dubia ɔcluſi
ue rẽ ipſam attingẽdo. dico cõpromiſſum valuiſſe etiã ſi ambo fuiſſent
1 clerici in ſacris. ¶ † Qꝛ in laicos bñ põt ꝑ clericos cõpromitti de re
bus tꝑalibus ꝑſertim ad patrimoniũ eoꝝ ſpectãtibꝰ vt ꝓbat in.c.ex
poſita.⁊.c. dilecti. de arbi.⁊ a cõtrario ſenſu in.c. cõtingit.⁊ no.in.c. ſi di
ligẽti. de fo. cõpe. in gl.j. ꝓpe fi. q̃ dicit ꝙ lꝫ clericꝰ nõ poſſit in iudicem
laicum cõſentire vt ibi in arbitrium tñ ſine conſenſu epi bene conſen
tit. Et diuerſitatis ratio bene põt eſſe: qꝛ iudex hꝫ iuriſditionẽ: vnde
per ꝓrogationẽ ſubijceretur iuriſditioni iudicis ſecularis: qꝛ per pro
rogationẽ extendit iuriſditio in prorogationem. ⁊ iudicat iudex iure
ſuo ⁊ iuriſditionẽ ꝑſcriptiuã: vt.l.j.⁊.ij.ff. de iudi. ꝙ circa clericum fieri
nõ põt. tum qꝛ laicꝰ nõ põt habere iuriſditionẽ in clericos rõne inca
pacitatis.xcvj.diſt. deniqꝫ.⁊.c. ſi imperator.⁊.c. cũ ad verum. tum quia
iuriſditio non põt prorogari ad alia ſpeciẽ iuriſditionis: qꝛ tunc non
eſſet prorogatio ſed noue iuriſditiõis datio. vt no.in.c.p.⁊.g. de offic.
deleg.⁊ ꝑ Cy.in.l. teſtamẽta.C. de teſta. Arbiter aũt nõ hꝫ iuriſditio
nem ſed quãdã notionẽ ⁊ ſtatur dicto ſuo metu pene in compromiſſo
appoſite.l. ait ꝑtor.⁊.l. a diuo pio. in princ.ff. de iudi.⁊ in.c. dilecti.⁊.c.
ꝑuenit. de arb.⁊.l. diem proferre.§. ſtari.ff.eo. Et ꝑſertim hoc procedit
qñ cõpromittitur in laicũ tanꝙ in arbitrũ ⁊ arbitratorẽ. nam talis eſt
quidã amicabilis cõpoſitor inter ꝑtes vt in aut. ſi vero cõtigerit.C. de
iudi.⁊ in corpore vt diffe. iudi. no. Jnn.in.c. quintauallis. de iureiur.
Bar.in.l. ſocietatẽ.§. arbitrorũ.ff. ꝓ ſocio. Nec obſtat ꝙ cõpromiſſum
fuerit factũ in curia officialiũ mercãtie. ⁊ ipſorum autoritas interue
nerit. qꝛ ꝑ hoc nõ alterat natura cõpromiſſi. ⁊ potuit interuenire auto
ritas illorũ officialiũ ad cautelã ſaltẽ reſpectu illoꝝ q nõ erãt clerici. et
abũdans cautela nõ nocet.l. teſtamentũ.C. de teſta.⁊ preſertim hoc ꝓ
cedit in caſu noſtro in quo nullus illorũ erat in ſacris conſtitutꝰ. imo
ambo gerebãt ſe pro laicis ⁊ mercatoribꝰ. argu.c. ex parte.ij. de priui
le.⁊.c. ſi. de vita ⁊ hone. cleri. ¶ Reſpectu ſcđe partis dubij dico po
tuiſſe dictũ Jacobũ per procuratorem ſuũ vel ſeipſum ſubijcere ſe ſta
tutis ⁊ conſuetudinibus ⁊ ſtylo curie officialiũ mercantie coram ipſis
mercatoribus dũmodo talia ſint que cõcernant ordinationem ⁊ deci
ſionem cauſe nõ aũt ledant priuilegiũ immunitatis perſone vel fori qꝛ
illa ſunt cõceſſa toti collegio clericali non aũt ſingularibus perſonis
ideo in illis nõ valet renũtiatio vt in.d.c. ſi diligenti.⁊ in.c. contingit.
de ſen. excõi. ꝙ aũt cauſa ordinet vel decidat certo modo ⁊ ordine nõ
violat priuilegiũ clericale. cũ ꝑtes cõueniũt vt certa ſñia per iudicem
feratur. ⁊ iudex dꝫ in hoc ſequi cõuẽtionẽ partiũ.l. ſi cõuenerit.ff. de re
iudi.ca. nil em̃ iſtud tẽdit niſi vt partes ad cõcordiã reuocet.l.j.§. vnde
2 querit.ff. de no. ope. nũ. ad idẽ gl. no.in.c. ſignificaſti. de foro cõpe. † q̃
dicit clericos poſſe approbare ſñiam latã a iudice non ſuo. ⁊ habebat
talis ſñia vim pacti, ꝓ hoc bonus tex.in.l.ij.C. cõmunia vtriuſqꝫ iu. et
qδ ibi no. ſicut em̃ poſſunt ſe ſubmittere ſñie late ab alieno iudice vt
habeat vim pacti: ita poſſunt ſe ſubmittere ſtatutis laicorũ quo ad de
ciſionẽ cauſe vi pacti non aũt vi ſtatutorũ. Et preſertim hoc procede
ret tenendo opi. Bar.in.l. cunctos populos.C. de ſum. tri. vbi tenuit
3 † ꝙ ſtatuta laicorũ ſpecifice non diſponentia de clericis nec in liberta
tem eccleſiaſticam dũmodo alias ſint honeſta debẽt ſeruari inter cleri
cos etiã in foro eccleſiaſtico. argu. conſtitutus. de in integ. reſti.⁊ in.c.
ij. de eo qui mit. in poſ.c. cũ cã. de re iudi. lꝫ nõ credã illud dictũ ſimpli
citer verũ per.c. eccleſia ſancte marie. iũcta poſitione caſus quem fecit
gl.in.c. eccleſia. vt lit. pen. ſed tñ facit illud dictũ optime in ar. deciſio
nis noſtre vt ſaltẽ vi pacti debeãt talia ſtatuta ſeruari in cauſis clerico
4 rũ. Preterea video † ꝙ eoipſo ꝙ clericus litigat corã laico ſequendo
eorũ ius ſubmittit ſe tacite. oibus ſtatutis laicoꝝ cõcernẽtibus iudicij
ordinationẽ. vt no. gl.in.c. qδ clericis. de foro cõpe.⁊ Jo. cal. in quadaꝫ
diſputatiõe ſua q̃ incipit. Statutis ⁊c.⁊ Bar.in.d.l. cũctos populos.
quinimo voluit Hoſti.in.c. qδ clericis. ꝙ ſi agat q̃ſtio hereditaria cle
rici vel alias tꝑalis dꝫ decidi in foro ſeculari ẜm leges: ⁊ facit ꝙ ipſe
no. in ſumma in ti. de teſta.in.§. cõficiuntur. verſi. verũ.⁊ ꝙ no. do. An
to.in.d.c. qδ clericꝰ. Et quicqd ſit de hac qõne quã pleniſſime exami
naui in.d.c. qδ clericis. in lectura. illud tñ videt indubitatum vt cleri
cus potuerit ex pacto ſe ſubijcere in ordinationem ⁊ deciſionem illius
cauſe illius ſtatutis ⁊ cõſuetudinibus laicorũ cum nõ minuant priui
legiũ clericale, ſed ſolum in hoc attenditur fauor perſone mere qꝛ iſti
erãt mercatores. ideo cã debet decidi etiã ceſſante pacto ẜm leges ⁊ cõ
ſuetudines mercãtie. quia hoc videt tacite actũ vt no. Cal. in dicta di
ſputatione: ⁊ facit.l. qδ ſi nolit.§. qꝛ aſſidua.ff. de edil. edi. Et hec quo
ad primũ dubiũ principale. ¶ Cõcludo ergo ꝙ valuit dictũ cõpromiſ
ſum in laicos etiã quo ad clericos. ⁊ ꝙ potuerunt dare ꝑtãtem arbi
tris ſeu arbitratoribus ordinãdi ⁊ decidendi cãm ẜm cõſuetudinem ⁊
ſtatuta mercãtie. Et circa clericum cõiugatum nullum eſt dubium: qꝛ
in ciuilibus nõ gaudet priuilegio clericali. vt in.c. vno. de cleri. cõiug.
lib.vj. ¶ Venio ad ſcđm dubiũ quo queritur an virtute dicti cõpro
miſſi facti ꝑ ipſas partes in arbitros ſit eis attributa illa autoritas et
iuriſditio q̃ ꝑ ſtatuta dicte curie mercãtie eſt attributa iudici ipſius cu
rie: ita ꝙ tres arbitri ⁊ quatuor nõ potuerint precedere ſine quarto eo
nõ requiſito ⁊ monito. licet fuerit eis data poteſtas vt oẽs quatuor
vel tres ex eis poſſint ꝓcedere. Et facit dubium: qꝛ in cõpromiſſo fuit
dictum vt iſti arbitri ſuccederent in locum ipſorũ officialiũ curie mer
cãtie quo ad omnia ibidẽ cõtẽta, agenda: audiẽda: vidẽda: cognoſcen
da: tractanda: ⁊ ꝓſequenda: examinanda: calculanda: ⁊ reuidenda: fi
nienda: decidenda: ⁊ ſñianda: ⁊ arbitrãda: laudãda: firmãda: ⁊ determi
nanda: ẜm formã iuris ſtatutorum ⁊ conſuetudinem: ⁊ ſtyli ac vſus di
cte curie mercantie ⁊c. Et in quodã ſtatuto dicte curie cauet qδ in de
ciſionibus queſtionũ a certa ſumma ſupra ad ſint preſentes ⁊ conſen
tientes iudex ⁊ quatuor cõſules dicte curie reqſitis tñ alijs duobꝰ cõ
ſulibꝰ dicte curie. Arbitror circa pmã partẽ dicẽdo ꝙ nulla iuriſditio
dictis arbitris fuit collata. qꝛ cõſenſus priuatorũ nõ facit eos iudices
q nulli preſunt iuriſditioni. vt.l. priuatorũ.C. de iuriſdi. om. iud.⁊.c. ſi
gnificaſti. de fo. cõpe. ꝑſertim qꝛ hic fuit in eos ɔpromiſſum tãꝙ in ar
bitros de quorũ natura eſt vt in eos nõ transferatur iuriſdictio ſꝫ que
dam notio. vt.ſ. dixi. Et lꝫ fuerit dictum vt ſuccederẽt in locum con
ſulum: hoc tñ debet intelligi reſpectu cognoſcẽdi ⁊ finiendi vt patet ex
tenore cõpromiſſi. Item qꝛ arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ.l.
j.ff. de arbi. Merito potuit dici ꝙ ſuccederẽt in locũ illorũ conſulum
5 coram quibus primo fuerat illa q̃ſtio intentata. ¶ † Hinc eſt ꝙ largo
ſumpto vocaburo arbitri poſſunt appellari iudices vt eſt tex. iũcta. gl.
ij.q.vj. a iudicibus. ¶ Ad ſcđam partẽ huius dubij. An tres teneban
tur requirere quartũ abſentẽ ⁊ expectare cũ debito tꝑe. Videtur pri
mo ꝙ ſic. qꝛ cũ iſti fuerint deputati ad inſtar illorũ cõſulũ. ⁊ ẜm ſtyluꝫ
illius curie debeant ꝓcedere. ⁊ de ſtylo ⁊ ſtatuto illius curie eſt ꝙ licet
quatuor ex eis poſſent ꝓcedere. debẽt tñ priꝰ requirere alios duos vt
ſ. dixi. ergo ideꝫ dicendũ in iſtis arbitris ꝙ lꝫ fuerit dictum in cõpro
miſſo ꝙ oẽs vel tres ex eis poſſint ꝓcedere diffinire debuit tamẽ ĩtelli
gi quarto prius reqſito ad inſtar cõſulum ex quo in eorũ locũ fuerint
deputati. facit qδ in ſimili legit ⁊ no. maxime ꝑ Bal.in.l. omnia ꝓui
legia.C. de epi.⁊ cle.⁊ ꝑ Jnn.in.c. inter dilectos. de fide inſtr. nã ⁊ ſub
rogatũ debet ſapere naturã eius in cuius locum ſubrogatũ eſt vt.c. ec
ſia. vt lite pendẽte.⁊ in.l. ſꝫ ſi rem ⁊ pretiũ.ff. de petit. here. ¶ Sed hoc
non obſtante contrarium partem arbitror veriorem. Et primo dico ꝙ
de iure vbi poteſtas datur pluribus hoc expreſſo vt omnes aut aliqui
ex eis poſſint ꝓcedere cũ non tractaretur de ipſorũ commodo poſſunt
aliqui ꝓcedere ſine reliquis etiã illis nõ reqſitis de hoc eſt tex. exꝑſſus
⁊ no.in.c. cũ plures. de offi. dele. lib.vj. no. Bar.in.l. ſi vni. alias incipit
põponius.ff. de re iudi.⁊ i.l. heredes mei.§. peto. ad trebel.⁊ ſic pote
rant mero iure inſpecto propter formã compromiſſi procedere tres ex
eis quarto nõ requiſito. Nec obſtat ꝙ ɔſules nõ ꝓcedunt duobꝰ nõ re
qſitis. qꝛ dico ꝙ iſti arbitri per oĩa nõ ſucceſſerunt in locũ conſulũ ſed
ſolum reſpectu audiendi tractãdi ⁊ finiendi queſtioneꝫ ẜm ſtatuta et
ſtylum curie mercãtie vt apte ꝑtꝫ ex forma cõpromiſſi dum dicitur ꝙ
ad infra tractãda finienda ⁊c. ſuccedebant loco conſulũ ⁊ ſic reſpectu
contentorum in cõpromiſſo nõ reſpectu exercẽdi poteſtatem inſimul
vel ſeparatim: qꝛ hoc nõ eſt de contentis in compromiſſo. Iteꝫ ex alio
colligitur ꝙ illa ſubrogatio in locum cõſulum nõ ſe extendit ad hunc
caſum: qꝛ ɔſules ſunt ſex ⁊ poſſunt ꝓcedere quatuor ex eis. iſti vero arbi
tri erant quatuor ⁊ poterant ꝓcedere tres eis ⁊ ſic verba non poſſunt
adaptari ad hunc caſum. vñ ex diuerſitate facti ⁊ nature colligit diuer
ſitas in iure. ar.in.l. ideꝫ codicilli.C. de codicil. facit.l. ſi ex plagis.§. in
cliuo.ff. ad legẽ aql. Preterea ꝓpter verba illa generalia non debemꝰ
recedere a ꝓpria ſignificatione verborũ. ar.in.c. ſi. de verbo. ſig. maxime
qui prouiſio generalis non debet extendi ad caſum ſpecialiter proui
ſum. vt.l. ſanctio.ff. de penis.⁊.l. doli clauſula.ff. de verbo. obl. illa ergo
verba generalia vt procedant ſicut cõſules ad cauſam tractãdã ⁊ finiẽ
dam nõ ſunt referenda ad ſpecialem ꝓuiſionẽ poteſtatis procedẽdi vt

quatuor vel tres eorũ poſſint ꝓcedere vt intelligaꝛ tertio abſente req
ſito qḋ eſſet cõtra naturã verborũ ⁊ iuris diſpoſitionem. Et hoc puto
veriſſimũ quare concludo ꝙ tres ex illis potuerunt procedere quarto
abſente irrequiſito. Nec obſtat ſi dicaꝛ ꝙ quart⁹ nũqȝ interfuit ꝓceſ-
ſui cõtra dictũ. c. cum plures. vbi patet ex quo tres incipiũt procedere
nõ debet vlterius quartus ſe impedire niſi alijs impeditis ⁊c. qꝛ dico
ꝙ lȝ nõ potuerit ſe ingerere tñ ex quo partes nõ ꝯdixerũt vr̃ tunc pro
6 illis vicibus recepiſſe poteſtatẽ a partib⁹. nã † ⁊ iuriſditio põt tacite
ꝓrogari vt ꝓbatur in. c. cũ olim. de offi. deleg. not. Barto. in. l. j. in fi. ff.
de iudi. ⁊ Inno. in. c. ad petionẽ. de accu. ¶ Sed preſuppoſito ſine ve-
ritatis ꝑiudicio ꝙ dictus quartus arbiter debuerit requiri queriꝛ an
debeat credi ſcripture ſoli notarij in qua atteſtatur illum fuiſſe requiſi
tum ⁊ debito tẽpore expectatum licet in eiſdẽ actis nõ appareat de a-
liqua relatione facta ꝑ nuntiũ vt fieri ſolet. Et primo videꝛ ꝙ non qꝛ
certi debent eſſe alij quorũ poteſtas ex alterius volũtate vel impoten
tia cõſolidatur vt legitur ⁊ no. in. c. prudentiã. in prin. de offi. deleg. et
per Bar. in. l. ſi finita. §. iulian⁹. ff. de dã. infe. ⁊ l. mulcta. ff. de cõdi. ⁊ de
7 mon. † vbi dicit nõ valere mulctã impoſitã per iudicem rõne cõtuma-
cie ſi tpe ſnĩe nõ cõſtabat iudici de illius cõtumacia qꝛ nuntius nõdũ
fecerat relationẽ. ¶ Sed cõtrariũ puto verũ qꝛ illa requiſitio potuit
fieri in preſentia notarij ⁊ ſic potuit notarius ſcribere illũ fuiſſe reqſi-
tũ potuit etiã requiri ab alijs arbitris in preſentia notarij vt. d. c. pru-
dentiã. ⁊. l. ij. C. quõ ⁊ qñ iudex. creditur aũt verbis enũtiatiuis notarij
qñ enuntiatũ potuit interuenire tpe confecti inſtr̃i vt no. Innoc. in. c.
qñ. de ꝓba. ⁊ Bar. in auꝛ. ſi qs in aliquo documẽto. C. de edẽ. ⁊ gl. in. l.
j. C. de fide inſtru. ⁊ iure haſte fiſ. lib. x. ⁊ hoc maxime procedit attento
vt mihi in facto ꝑſupponiꝛ ꝙ ab antiquo ⁊ vſqȝ in hodiernũ diẽ ſup
reqſitiõe abſentis ſtaꝛ ſolũ ſcripture notarij actorũ abſqȝ eo ꝙ in actis
appareat de aliqua citatiõe facta ꝑ nũtiũ. nã ꝯſuetudo eſt optima le-
gũ interpres. l. ſi de interꝑtatiõe. ff. de leg. ⁊. c. cũ dilect⁹. de conſue. ⁊ cõ
ſuetudo põt facere inſtr̃m autenticũ qḋ al's nõ eſt autenticũ vt eſt tex.
no. in. c. cũ dilect⁹. de fide inſtr. facit. l. de qb⁹. ff. de legi. Et hoc de ſcḋo
principali dubio. ¶ Ad tertiũ dubiũ nunqd tenuerit ſnĩa arbitrorũ
lata partibus abſentib⁹ eis tñ prius monitis ⁊ citatis per dictos arbi
tros vt venirent certa die ad audiendam ſnĩam. Et ꝑfecto licet inſpe
cto mero iure cõmuni cum non fuerit eis data poteſtas ꝓnuntiãdi in
abſentia partiũ nõ valet ſnĩa eis abſentib⁹ lata lȝ pena committatur.
vt eſt tex. notabilis in. l. diem ꝓferre. §. ſi quis litigatori. ff. de arbi. ⁊ in
l. ij. C. eo. ⁊ vtrobiqȝ no. Bar. tñ cõſiderato ꝙ iſti arbitri debebãt ꝓcede
re ſꝫm ſtatuta: ⁊ ſtylum curie officialium mercantie. vt. ſ. dictum eſt.
de ſtatuto ⁊ ſtylo dicte curie eſt vt feratur ſnĩa partibus abſentib⁹ ci-
tatis tñ: ergo dicta ſnĩa valuit: ⁊ maxime hoc procedit ſi dicti arbitri
erãt arbitratores ⁊ amicabiles cõpoſitores per id quod no. in. c. quin-
tauallis. de iureiuran. ⁊. l. ſi qua arbitratu. ff. de verbo. obli. ⁊ maxime ꝑ
Bal. in. l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. audi. ¶ Venio ad quartũ dubiũ
nunquid decreta magnifici domini Lucani diſponentia ſuper cõpro
miſſis delegationibus ⁊ inſtantijs dicte curie ſint tante potentie ꝙ fa
ciãt dicta inſtantia non ſit perempta ⁊ cũ dictus Jacobus clericus ſe
ſubmiſerit dictis decretis virtute pactorum in dicto cõpromiſſo ap-
poſitorum quibus decretis dicti iudex cõſules teneñꝛ obtemperare. ⁊
cauſas venientes iam in dicta curia ꝗꝫ illas que per dictam curiã com
mittunꝛ tam de precepto ꝙ̃ de voluntate partiũ terminare ſꝫm formã
dictorum decrecorum alias incidunt in penam decreti ⁊c. Ego in hoc
dubio cõſiderãdo caſus cõtingentiã aĩaduerto ꝙ inſpecto mero iure
cõmuni inſtantia nõ erat hic perempta: qꝛ nondũ erat lapſum trien-
nium a tpe conteſtate litis. nam ⁊ per trienniũ durat inſtantia de iure
communi corã arbitris ſicut coram iudice vt eſt cõmunis ſnĩa. ⁊ no. ꝑ
glo. ⁊ Bar. in. l. item ſi vnus. §. ſi multo poſt. ff. de arbi. ⁊ per Specu. in
ti. eo. §. differt. ver. intra trienniũ. ⁊ per modernos in. c. preſbyter. de iu
di. ſed qꝛ compromiſſum fuit hic factũ ad tempus anni ⁊ laudum fuit
latam poſt annum: videꝛ ꝙ nõ teneat qꝛ extra diem cõpromiſſi. Sed
hoc nõ obſtat. quia de conſenſu partium compromiſſum fuit proroga
tum vt dꝛ in themate ⁊ ſnĩa fuit lata in tẽpore ꝓrogato merito debuit
ſnĩa tenere vt probatur. in. l. ſi cũ dies. ff. de arb. Nec obſtare debent de
creta magnifici dñi Lucani: qꝛ ipſe cõſenſit: prorogationi. ⁊ etiam poſt
ea prorogauit: fecit enim tanqȝ habens iura principis in dicta ciuita-
te. quia ſicut potuit legem ſuper inſtantia promulgare ⁊ circa illa di-
ſpenſare. facit ad hoc quod no. Bar. in. l. infamem. in fi. ff. de publi. iu-
di. ⁊ in. l. hoſtes. ff. de cap. ⁊ poſtli. re. ⁊ Jo. an. in regula cui licet quod
eſt plus. de reg. iur. li. vj. in mercu. ⁊ indubitanter voluit lex. ⁊ diſpẽſa-
tio ꝓpter illos q nõ erãt clerici nec diciꝛ ligare clericos ſed facit actuȝ
validũ vel inualidum ratione aliorũ ſed reſpectu Jacobi q erat cleri-
cus ſatis eſt qḋ cõpromiſſum ⁊ ſnĩa tenuerũt inſpecto iure cõi vt. ſ. di
ctum eſt. Item qꝛ ſubiecit cauſam illam deciſionibus ſtatuti illius cu-
rie ⁊ eſt ei⁹ ſtylo. facit qḋ no. Archi. ij. q. vj. nõ ita. ⁊ Jo. cal. in dicta di-
ſputatiõe ſtatutis. ⁊ ꝑ doc. maxime modernos. in. d. c. qḋ clericis. vbi
cõcludiꝛ ꝙ ſi cã clerici ventũ eſt corã iudice ſeculari intelligaꝛ etiã cir
ca peremptionẽ inſtãtie ſꝫm ſtatuta illius curie ita qḋ per oĩa debet re
gulari ſꝫm ſtylũ illius fori. Nec habet obſtare ſi dicatur ꝙ de ꝓrogatio
ne ꝑmo facta per magnificũ dñm ad petitionẽ partiũ nõ appareat ſcri
ptura: qꝛ fuit deperdita ⁊c. qꝛ dico ꝙ ex quo in ſcḋa petitione poſtea
facta dicto dño de volũtate ⁊ ſubſcriptiõe partiũ narraꝛ ꝙ dñs alias
prorogauerat ⁊ petebaꝛ ꝙ iterũ ad tres dies prorogaret. qḋ ⁊ factum
extitit ꝑ dictũ dñm ſatis ꝓbatur prima prorogatio qꝛ qñ aliquid enũ
tiatur ꝑ partes qḋ neceſſario requirit ad validitatẽ eius qḋ geriꝛ v̾ba
enũtiatiua ꝓbant enuntiationẽ validitatẽ illius act⁹: vt etiam not. in
l. optimũ. C. de cõtrahen. ⁊ commit. ſtipu. facit etiã qḋ not. Bar. in. l. j.
⁊. ij. C. de rela. Itẽ ſup actis etiã ſubſtãtialibus ſtatur cõfeſſioni par
tiũ ex quo reſultat probabile dubium eſt tex. nota. in. c. ſi. de proba. Et
hoc de quarto dubio principali. ¶ Quinto principaliter queriꝛ an ꝓ
pter exceptionem cõnexitatis cauſe oppoſitã per Philippũ in curia
poteſtatis reſpectu Jacobi clerici in minorib⁹ cõſtituti ipã cã debeat
remitti ad curiã epalẽ: vel ꝙ curia poteſtatis debeat ꝓcedere ad execu
tionẽ dicti laudi petitam per dictũ Philippũ pro parte ſua tm̃: idem
queriꝛ an anteqȝ dictus Philippus in aliquo auditur in dicta curia
debeat aſtringi ad dãdũ fideiuſſionẽ petitã ſꝫm formam ſtatuti ⁊c. in
quo dubio habente plures partes dico principaliter cõſiderandũ an
ſnĩa lata cõtra dictos fratres quorũ vnus repeꝛiꝛ clericus in minori-
bus valeat ſaltem reſpectu alterius qui nõ eſt cleric⁹ ⁊ vtrũ preſuppo
ſita validitate potuerit executio ipſius peti coram iudice ſeculari. Et
quãtum ad caſum noſtrũ indubie dicendum ꝙ dicta ſententia tenue
rit cõtra vtrũqȝ: qꝛ fuit lata ab arbitris in quos potuit cõpromitti: lȝ
eſſent laici. vt. ſ. dixi. Quinimo pl⁹ dico ꝙ ſi ſentẽtia foret lata a iudi-
ce ſeculari deberet tenere ſnĩa cõtra illũ qui nõ eſt clericus pro parte
ſua ⁊ hoc in ſeparabilibus in indiuiduis aũt debet tenere quo ad non
clericũ in toto hoc ꝓbo per tex. in. l. vna. C. ſi plures vna ſen. iuncto. c.
8 qḋ ibi no. Bal. poſt prin. in. j. col. nã ibi dicitur in tex. ꝙ † ſnĩa lata cõ
tra plures collegas ſimpliciter inducit obligationẽ ꝓ parte ita ꝙ qui
libet videtur condẽnatus in dimidia: ſic talis ſnĩa habet effectum ſe
parabilẽ. merito vtile nõ vitiatur per inutile. regula vtile. ⁊ qḋ ibi not.
de reg. iur. lib. vj. ⁊. l. ij. §. trebati⁹. ff. de aqua quo. ⁊ eſti. Et idẽ dicẽduȝ
in indiuiduis. nam ſicut a principio põt quilibet collega ſeiorum inſo
lidũ cõueniri vt eſt tex. in. l. loci corpus. §. ſi fundus cum ſeq. ff. ſi ſer.
ven. ita ⁊ ſi cõueniunꝛ plures quo alter nõ poterat ibi conueniri valet
ſnĩa ⁊ qlibet obligatur inſolidũ ⁊ debet valere ſnĩa reſpectu ei⁹ quipo
terat ibi cõueniri. ad hoc qḋ no. Bald. in. d. l. vna. vnde ad ꝓpoſitũ re-
ſpectu executionis ſnĩe dico ꝙ quatenus ſnĩa arbitrorũ cõtinet factũ
ſeparabile põt peti executio corã ptãte ꝯtra dñm Philippũ q nõ eſt
clericus ꝓ parte ſua nec põt excipere de clericatu alterius: qꝛ quo ad
eũ ꝓ ſua parte nullũ ſubeſt impedimẽtũ. ar. d. l. vna. ⁊. d. l. loci. §. compe
tit. nã quo ad iſtud liberas edes hȝ ⁊c. vt ibi in ſimili dꝛ. quatenus ve-
ro dicta ſnĩa cõtinet factũ inſeparabile vt in redditiõe rationis põt di
ctus Philipp⁹ cõueniri inſolidũ qꝛ ſi videꝛ cõdẽnatus vt. ſ. dictũ eſt.
Et cõpelli põt ſꝫm ſtatutũ dare fideiuſſorẽ ſaltẽ ꝓ parte ſua ꝓ alia ve
ro parte põt ⁊ dȝ adiri iudex eccleſiaſticus vt mãdet ſnĩam executioni
ꝯ clericũ ad qḋ teneꝛ. vt. d. l. a diuo pio. in prin. ff. de re iudi. nec predi-
cta cõtinẽtia cauſe diuidiꝛ qꝛ cognitio ⁊ executio hȝ effectũ ſeparabilẽ
reſpectu diuerſarũ perſonarũ nec curandũ de contrarietate ſententia-
rum quas iudex poſſet exeqꝫ inter diuerſas perſonas. ar. l. a ſententia.
ff. de ap. itẽ ꝓpter diuerſas qualitates perſonarũ non ſeruatur regula
de cõtinentia cauſe vt probaꝛ in. c. fi. de iudi. Et ꝑfecto in caſu noſtro
nõ poteſt allegari aliqua cõtinentia cauſe cũ cõtra quẽlibet põt peti
executio corã iudice ſuo quatenus ſnĩa obligatio eum tãgit. vt patet
ex predictis: ⁊ facit qḋ legitur ⁊ no. c. vno. de obli. ad ra. ⁊. l. j. ff. de pe-
9 nis. ¶ † Ad vltimũ nunquid valeat captura facta ꝑ iudicẽ ſecularem
cõtra clericum coniugatum nõ incedentẽ in habitu ⁊ tonſura. nec ter
monitum ⁊c. dico ꝙ ſic. quia talis in nullo gaudet priuilegio eccleſia-
ſtico: nec requiritur in eo aliqua monitio. ſed ſtatim qḋ non incedit in
habitu ⁊ tõſura perdit omne priuilegiũ. vt eſt tex. in. c. vno. de cleri. cõ
iug. lib. vj. ⁊ ibi aperte hoc no. Joã. an. ⁊ idẽ ipſe no. in additio. Spec.
de cleri. coniu. poſt prin. Nico. Abbas.

¶ Conſilium. xxxiij.

1 Scripturis habenti officium de publico in ſpectantib⁹ ad officiũ
ipſius ſtandum eſt.
2 Monaſterium ſi eximatur cum capellis habitis non extendiꝛ exem-
ptio ad habendas.
3 Officialis nõ põt donare nec remittere ius cleri ciuitatis vel collegij.
4 Notarius ſi dixit in protocollo hoc fuit caſſatũ de voluntate partium
nec appoſuit teſtes: non ſibi creditur.
5 Surreptio vitiat literas gratioſas ipſo facto ſine ope exceptionis.
6 Gratia iam facta ſicut nõ expirat per mortem cõcedentis ita nec po-
teſtas data executoribus.
7 Papa lȝ mãdet aliquẽ ĩ poſſeſſionẽ induci amoto quolibet illicito de
tẽtore intelligiꝛ parte vocata niſi papa expreſſe mandet contrarium.
8 Princeps ſi fecerit cõmiſſionẽ per viam inquiſitionis intelligiꝛ illaȝ
feciſſe per viam iudicialis commiſſionis.

In nomine dñi noſtri Jeſu
chriſti eiuſqȝ genitricis Marie. Sup qõnis materia q̃ in
ꝑſentiarũ vertiꝛ iter clerũ piſanũ ex vna. ⁊ hoſpitale nouũ
ſancti ſpũ.

ſancti ſpūs de Piſis ex parte alia ſup quibuſdā cōibus oneribus no
uiter diſtributis per dictū clerū Piſanū aſſignata parte pro rata di
cto hoſpitali. Unū per prius dico animaduertendū ꝙ dict⁹ clerus hꝫ
cōtra dictū hoſpitale intentionem fundatā vt cū eo concurrat ꝓ rata
ipm cōtingēte tā iure cōi ꝙ loci cōſuetudine. arg. optimum ⁊ quaſi ex
preſſum in.c.accendentibus.de p̄ſcri.in.c.reqſiſti.de teſt.⁊ in.c.cū inſtā
tia.de cēſi.⁊ de ſtatu mona.recolentes. Nec iſtud preſertim ꝓpter lon
giſſimā cōſuetudinē reuocat̃ in dubiū que in talib⁹ oneribus eſt ꝓma
xime attendēda vt legitur ⁊ no.xviij.q.ij.ſeruitiū ꝑ gl.in.c.qꝛ cognoui
mus.x.q.ij. Ex quo infero ꝙ hoſpitali allegāti nunc ſe nō teneri ad
ſubeūdā partē onerū impoſitorū per clerū piſanū incūbit onus ꝓban
di exceptionē ⁊ liberationē ita ꝙ ſi nō ꝓbet intentionē ſuam clariſſime
dꝫ incūbere vt in.c.p̄ſentia.de ꝓba.⁊ in.c.cū venerabilis.⁊.c.cum dile
ctus.de reli.do.⁊ in.c.incumbit.in.l.exceptionibus.ff.de ꝓba.⁊.l.j.ff.
de exce.in p̄n. Examinandū eſt ergo nunqd hoſpitale ꝓbet ad plenū
intētionē ſuā.ſ.liberationē ſeu exemptionē reſpectu ꝯtributionis di
ctorū onerū. ¶ Et primo examinā̄da eſt liberatio que allegatur facta
per officiales cleri piſani i capitaneos vulgariter nūcupatos. ¶ Scōo
principaliter preſuppoſito ꝙ dicta liberatio ad caſum noſtrū ſe nō ex
tēdat. An poſſit dictū hoſpitale ſe tueri virtute literarū apoſtolicarū
ex poſt facto impetratarū p̄ſertim attento ꝓceſſu inde ſecuto ꝑ ſubde
legatū apoſtolicū. ¶ Circa primā partē memini alias me ſatis plene
cōſulēdo deſcripſiſſe in fauorē dicti cleri.⁊ quia dictū cōſiliū adhuc cō
ſiſtit apud officiales dicti cleri nō extēdā circa iſtam partē niſi q̄dam
breuiſſime addendo ad maiorē corroborationem cōcluſionis tunc per
me facte. Cū enim liberatio que p̄tēdit̃ facta per capitaneos dicti cle
ri fuerit redacta in ſcriptis per dn̄m Talanū tūc ſyndicū ⁊ camerariū
1 dicti cleri: vt patet in libro ipſius cleri ſtādum eſt ipſi⁹ † ſcripture ha
bētis offīn de publico ſtādū eſt in ſpectantibus ad officium ipſius vt
in.l.quedā.§.numularios.ff.de edē.vbi hoc exp̄ſſe tenet Barto.facit
qō no.Inno.in.c.j.in fi.de fi.inſtru.habet enim dictus camerarius et
ſyndicus ex officio ſuo ⁊ longa cōſuetudine redigere in libris cleri oīa
ſpectantia ad dictū clerū: ⁊ ex conſuetudine etiā datur fides illius li
bris ꝓ qua facit.c.cum dilectus.de fide inſtru. Et ꝑ maxime hoc dicē
dum in caſu noſtro in quo per aliā ſcripturā magis autēticā dicta li
beratio probari non poteſt vt ex infra dicendis apparebit. dicta vero
liberatio ſcripta per manū dicti Talani refert ſe dūtaxat ad onera tūc
tꝑis diſtributa ⁊ cuilibet de clero pro rata cōtingēte aſſignata ⁊ deſcri
pta in qbuſcūqꝫ libris dicti cleri vt clare patet ex inſpectione ſcriptu
re inde ꝯfecte: ergo nō debet extēdi ad alia debita totius cleri q̄ tūc nō
erāt diſtributa: nec in libris cleri deſcripta ꝙꝙ eīn liberatio ſit fauora
bilis: vt legit̃ ⁊ no.in.l.tale pactū.ff.de pac.⁊.l.nō ſolum.§.liberatiōis.
ff.de libe.lega.⁊ ar.in.c.ex literis.de ꝓba.tn̄ qn̄ eſt deſcripta aut ad cer
tum tēpus, aut ad certa loca nō operat̃ vim ſuam vltra expreſſa ⁊ cō
prehenſa: vt eſt tex.no.in.l.aurelius.§.totius.ff.de libe.leg.facit.l.talis
2 ſcriptura.in fi.ff.de lega.j. ¶ † Hinc eſt ꝙ ſi eximatur monaſteriuꝫ cū
capellis habitis nō extēdit̃ exemptio ad capellas habēdas vt not.in
c.qꝛ circa.de priui.facit qō in ſimili legitur ⁊ maxime per Bart.in.l.ſi
ita.ff.de au.⁊ argē.leg. Et in dubio interpretandū eſt cōtra hoſpitale
qō fundat ſe ſup dicta liberatione quare verba dicte liberationis non
fecit verba latiora ⁊ clariora deſcribi vt plene no.per Bart.in.l.veteri
bus.ff.de pac. Quinimo attētari poſſet etiā ſi dict⁹ Talanus expreſſe
cōſcripſiſſet liberationē ſimpliciter ab oīb⁹ onerib⁹ impoſitis ⁊ impo
nēdis ⁊ nō valuiſſet dicta liberatio ꝑ ſolos capitaneos facta. qꝛ remit
tere debitū clarū ⁊ liquidū eſt dare vt in.l.ij.ff.de calum.legit̃ ⁊ no.in.c.
3 veniēs.el.j.de teſti. ¶ † Officialis aūt non pōt donare nec remittere
ius cleri ciuitatis vel collegij.vt in.l.preſes prouincie.C.de trāſact.nec
habes adminiſtrationē quātūcūqꝫ pleniſſimā poteſt donare.vt in.l.3
iuris regulas.ff.de pact.⁊.l.filiuſfami.ff.de dona.in.c.fi.de offic.vica.
li.vj.nec puto hoc caſu valere cōſuetudinē in cōtrarium cū nō poſſint
remitti iura aliarum eccleſiarū ſine debitis ſolēnitatibus a iure requi
ſitis nec valet cōſuetudo in cōtrariū vt not. Joan.an.in.c.nulli.de re
bus eccle.nō alie.⁊ eſt tex.notabilis iūcta gl.ij.in.c.cū cauſa.de re iudi.
¶ Ex his infero ad liberationē quā poſtea fecit dictus dn̄s Talanus
tanꝙ camerari⁹ ⁊ ſyndicus dicti cleri.nō enim illa liberatio extendit
ſe ad onera poſtea imponēda.tum ex defectu poteſtatis vt ptꝫ ꝑ pre
dicta.tum ex defectu volūtatis.quia ſemper retulit ſe ad formā libera
tionis facte per capitaneos cleri in qua nil dicebat̃ de oneribus impo
nendis ⁊ diſtribuendis.ergo dicta liberatio ipſi⁹ camerarij debet re
ſtringi ad cōtenta in deliberatiōe capitaneorū.ad hoc text.notabilis.
in.d.l.aurelius.§.teſtamento facto.ff.de libe.leg.facit qō no.in.c.vene
rabilis.de excep. Nō obſtat tertio ſcriptura quedā que ſuper hoc repe
ritur in ꝓtocollo cuiuſdā ſer Gaſparis tūc notarij dicti hoſpitalis: qꝛ
quatenus mentionem facit de onerib⁹ imponēdis ⁊ nedū diſtributis
illa ſcriptura reperit̃ facta in margine dicti protocolli alterius manu
ſine teſtib⁹ ⁊ ſine die ⁊ loco quare ex multiplici ratione non dꝫ fidem
facere. Primo qꝛ eſt alteri⁹ manu facta ideo ſuſpecta de falſitate vt eſt
tex.in.c.inter dilectos.de fide inſtru.facit dictum.c.cum venerabilis.
de relig.do. ¶ Scōo qꝛ etiā ſi eſſet manu eiuſdē ſcripta non debet face
re fidem qꝛ notarius non poteſt ſine iudicis autoritate addere etiam
protocollo id qō omiſi qn̄ illud nō eſt de neceſſario comitātibus con
tractum: ſed de validātibus ⁊ corroborātibus: qꝛ eſt ſuſpicio de falſi
tate vt no. Jo.an.poſt Spec.in addi.Spe.in ti.de inſtru.edi.§.inſtru
mētū.xv.ſed nunqd cōfecto pro quo optime facit tex.in aut.de here.⁊
falci.§.ſi vero abſunt ſequit̃ Ant.de bu.in.c.ex literis.de fide inſtru.ad
idem notabile dictū Joā.and.in addi.Specu.in ti.ꝓxime allegato.§.
4 oſtenſo.ver.illud quoqꝫ vbi ſequēdo opi.cuiuſdā doctoris dicit † ꝙ
ſi notarius in ꝓtocollo dixit hoc fuit caſſum de voluntate partiū: nec
appoſuit teſtes nō credit̃ notario.⁊ talis cācellatura nō valet ⁊ ea nō
obſtāte pōt ſumi inde publicū inſtrumētū: ⁊ hoc dictū ſequitur Ant.
de bu.in.c.cum.p.tabellio.de fide inſtr. Et p̄ſertim hoc dicēdū in caſu
noſtro cū abſit alia notabilis cōiectura ꝙ dicta additio nō fuit deſcri
pta per dictū ſer Gaſparē.qꝛ idē ſer Gaſpa.in quodā alio inſtr̄o cōfe
cto ſuper dependētibus ab hac materia retulit ſe ad liberationē capi
taneorū deſcripta manu dicti dn̄i Talani tūc camerari in libris cleri.
¶ Ex quib⁹ oībus ⁊ his que al's dixi in alio cōſilio prealleg.ſatis di
lucide apparet dictū hoſpitale deficere in intētione ſua ꝑ verba libera
tionis facte per dictos capitaneos. ¶ Uenio nūc ad ſcōam ꝑtē nū
quid poſſit ſe tueri ex literis apoſtolicis ⁊ ꝓceſſu inde ſecuto. Et videt̃
primo ꝙ ſic.qꝛ ſummus pontifex pōt cōtractū inualidum ſuper iuri
bus eccleſiarū validum reddere etiaꝫ partibus inuitis cum habeat in
iſtis plenitudinē poteſtatis.⁊ in eis ſemꝑ ei⁹ autoritas intelligitur ex
cepta.vt in.c.veniētes.de iureiurā.⁊ in.c.ꝓpoſuit.de cōceſ.preben.per
Joā.an.in.c.a nobis.de deci.per tex.cū gl.in.c.cōſtitutus.de reſcript.
cum ſimi.lꝫ papa mandauit illam liberationem factā per capitaneos
cleri cōfirmari ſupplendo ex plenitudine poteſtatis oēs defectus ſi q
forte in eadē interceſſerint vt patet in literis apoſtolicis.ergo nō pōt
amplius allegari aliqs defectus vt in.c.j.de trāſ.⁊.iij.q.vj.hec quippe.
⁊ qō legi.⁊ no.in.c.j.⁊.ij.de cōfir.vti.⁊ nō licet de facto principis diſpu
tare.xvij.q.iiij.§.qui aūt. ¶ Sed predictis nō obſtantib⁹ que vero nō
obſtant cōtrariam ſn̄iam arbitror p̄ualere. Et in p̄mis firmiter teneo
dictas literas tanꝙ ſurreptitias fore ipſo facto irritas ⁊ inanes Com
miſit eīn impetrās ſubreptionem p̄ncipaliter in duabus. Primo duꝫ
aſſeruit capitaneos cleri abſoluiſſe ⁊ liberaſſe dictū hoſpitale ab oīb⁹
oneribus impoſitis ⁊ deinceps imponendis ⁊ indicendis ⁊c. Cum tn̄
de imponendis ⁊ deſcribēdis nulla fuiſſet facta mētio in deliberatiōe
capitaneorū. Scōo dū aſſeruit capitaneos p̄dictos habuiſſe ad hec ⁊
ad alia peragenda ſufficientē poteſtatē a toto clero piſano.cum tamē
nunꝙ ſuper predictis ꝓbare poterit poteſtatē eis fuiſſe traditaꝫ a cle
5 ro. ¶ † Subreptio autē vitiat literas gratioſas ipſo facto ſine ope ex
ceptiōis vt legit̃ ⁊ notat̃ in.c.ad audiētiā.ff.de reſcrip.⁊ in.c.ſi.eo.tem
pore.eo.ti.lib.vj.⁊.c.j.⁊.ij.de fi.p̄ſby.eodē lib.⁊ eſt bonus tex.in.l.j.ff.de
nata.reſti.nec ſcōm omnes valet ꝓceſſus inde ſecut⁹ cū habens pote
ſtatem ex illis ꝓceſſit nō in forma iudicii ſicut in caſu noſtro ꝓceſſum
extitit parte nō vocata ⁊c.vt no. Jo.an.poſt cōpo.in.d.c.ad audiētiaꝫ.
Ego allego ad hoc tex.apertū.in.d.c.cōſtitut⁹.in.fi.de reſcr. ¶ Quin
imo pl⁹ legēdo tenui.in.d.c.ad audientiā.ꝙ ſi executor lr̄arū apoſtoli
carū ſubreptiarū ꝓcederet in forma iudicii nihilominus nō valeret
proceſſus ſi in eiſdem literis cōcedatur gratia ⁊ imprimat̃ iuriſdictio.
quia cū iuriſdictio ſit tūc acceſſoria ad gratiā ſicut ipſa gratia redditur
nulla ipſo iure per ſubreptioneꝫ.ita ⁊ iuriſdictio tanꝙ acceſſoria vt ꝓ
bari videt in.d.c.conſtitut⁹ in fi.quod loquitur indiſtincte ⁊ facit.c.ſi
6 ſup gr̄a.de offi.dele.lib.vj.vbi ꝓbatur † ꝙ ſicut gr̄a iam facta nō expi
rat per mortē cōcedentis etiā re integra.ita nec poteſtas data executo
ribus tanꝙ acceſſoria ad ipſam gratiā ſicut ſuſtinet̃ vltra ſuā naturaꝫ
vigore gratioſe rōne acceſſorii.ita debet corruere ipſa gratia corruente
nec contrarium ꝓbatur in aliqua parte iuris. Nemo aūt dubitare pōt
quin caſu p̄dicte illa ſubreptio habeat vitiare.cū omne expreſſum quo
tacito princeps ſaltē nō ita de facili literas cōceſſiſſet habeat inducere
ſubreptionē vt in.c.poſtulaſti.⁊.c.ſup literis de reſcr. Si autē expoſuiſ
ſet pape ꝙ liberatio fuiſſet facta reſpectu onerum impoſitorum.⁊ ꝙ
capitanei non habebant ad hoc poteſtateꝫ ⁊c.nō obtinuiſſet illas lite
ras qō maxime colligitur ex eo: qꝛ papa mandat cōfirmationē fieri ſi
ita eſt vt fuit narratū: ⁊ onus ꝓbandi ita eſſe incūbit ei q ille expoſuit vt
no. Jo.an.in.c.j.de lit.cōteſt.lib.vj. Preterea papa ꝯceſſit illas literas
ſub cōditione.ſi ita eſt vt patet in eis.deficiēte ergo condictiōe deficit
gratia vt in.c.cuꝫ adeo.de reſcri.nec ꝯfirmatio poſtea facta ꝑ ſub dele
gatum pape hꝫ clero obſtare: tūc qꝛ fuit facta vigore gratie nulle: tum
qꝛ pars nō fuit vocata vt in.c.oīa.⁊.c.caueāt.iij.q.ix.c.penul.de re iu
dic.⁊.c.inter dilectos.de fide inſtru. Scōo principaliter nō valuit in ſe
ꝓceſſus inde ſecutus: quia firmiter credo clerum in confirmatione citā
dū: quia cum de hoc iam alias fuiſſet controuerſia inter partes vt ipſe
met papa narrat in ſuis literis ⁊ papa mandat confirmationem fieri
ſub illa clauſula: ſi ita eſt videtur expreſſe commiſiſſe cauſe cognitionē.
vbi auteꝫ exigitur cauſe cognitio ſemper debet pars aduerſa citari.ad
hoc not.gloſſ.in cle.p̄ſenti.de cēſi.in verbo conſtiterit.⁊ in cle.ij.de pe
nis.in verbo cōſtiterit.⁊ in cle.j.eod.ti.in verbo cōmode in fine q ſunt
ſatis notabilia. Ad idē allego tex.iuncta glo.⁊ Bar.in.l.nec qcquā.§.
vbi decretum.ff.de offi.ꝓconſul.allego Inn.in.c.j.ꝓpe finem de con
fir.vti.vbi exp̄ſſe tenent ꝙ in cōfirmatione actus legitimi ⁊ iudicialis

debet ps vocari.facit qđ not.idē Bart.in.d.§.vbi decretū.vbi tenet ꝙ
in qualibet iudicis interlocutoria ex qua pars ledi pōt oportet partē
vocari.pbaꝛ per.c.caueāt.⁊.c.oīa.ij.q.ix.vbi patet ꝙ nihil ꝑiudiciale
eſt attentandum cōtra partē abſentem.Ad id.c.j.de cauſa poſ.⁊ ꝓpri.
⁊.c.inter quatuor.de maior.⁊ obe.vbi papa expſſe dicit ꝙ ꝫ in auditaꝫ
partem nil faciendū eſt nec negari pōt quin clerus lederetur ſi dicta
cōfirmatio teneret.arg.eorū que not.c.j.⁊.ij.de cōfir.vti.maxime ſup-
plendo ex plenitudine ptātis omnē defectū ſicut papa mandat in ea
ſuppleri.Nec obſtat huic cōcluſioni ſi forte diceret dñm papam dediſ
ſe potius executorē ꝙ iudicē:executor aūt pōt procedere iuris ordine
nō ſeruato:⁊ ſic aſſumere viā meri executoris iuxta not.in cle.vnica.de
offi.deleg.⁊ per Inn.in.c.fi.de preſcri.Et ideo audio in facto iſto quē
dam cōſuluiſſe de quo admirari nō ſufficio ꝑ ſuperius alleg.⁊ eſt glo.
que idem tenet in.c.paſtoralis.§.quia vero.de offic.dele .loquitur em̄
in executore dato ad beneficiū.conferendū.ille em̄ poteſt ꝓcedere pte
nō vocata:quia per actū collationis nullū preiudiciū generatur ab-
ſenti poſſeſſori vel ius pretendenti.hinc eſt ꝙ etiam ordinarius infe-
rior ꝑtendēs aliqđ beneficiū de iure vocare pōt illud ꝯferre poſſeſſore
nō vocato vt eſt tex.in.c.licet eps.de prebē.lib.vj.⁊ ibi bona gl.que red
dit ꝑdictā rōnē.ſed actū preiudicialē nō exerceret parte abſente.vnde
pōt illum inducere in poſſeſſionē poſſeſſore nō vacato vt eſt ibi tex.
Sed ibi datur ptās executori circa actū qui pōt eſſe ꝑiudicialis parti.
nec delegās adhibuit prius cauſe cognitionē ſup executiōe fiēda mā-
datur nedū ſimplex executio ſed etiā cognitio.ita ꝙ teneꝛ talis cōmiſ
ſarius partē vocare:⁊ audire ſuas exceptiōes:qꝛ ſuccedit loco mādato
ris q idē debuiſſet facere vt eſt tex.aptꝰ ſm cōem lec.in.l.⁊ ſi nō cogni
tio.C.ſi cōtra ius vel vti.pub.canonizata.xxv.q.ij.⁊ expreſſe in termi-
nis noſtris voluit bar.in.d.l.vbi dicit qñ ꝯmittiꝛ executio alicuiꝰ actꝰ
nulla ꝑcedente ſnīa nō pōt ad executionē perueniri nulla ꝑcedēte co-
gnitione.l.j.C.de execu.rei iudi.⁊ mādādo executionē:vꝛ mādare co-
gnitionē vt in.d.l.⁊ ſi nō cognitio.⁊ idē ī effectu voluit in.l.a diuo pio.
§.j.ff.de re iudi.vbi plenius explicat hūc articulum ⁊ notaꝛ ꝑ canoni-
ſtas in.c.de cetero.de re iudi.Ad idē qđ no.Inn.in.c.cū olim.ij.de pri
7 uilegijs.vbi dicit † ꝙlꝫ papa mādat aliquē in poſſeſſionem induci a-
moto quolibet illicito detentore intelligiꝛ parte vocata niſi papa ex-
preſſe mādet cōtrariū vel prius tulerit ſup illā ſnīam partibꝰ vocatis:
qꝛ nō eſt de intētione principis ꝑiudiciū generale abſenti.l.fi.C.ſi per
vim vel alio modo.l.meminerint.C.vnde vi.c.cum ex literis.de in ite.
reſti.l.ij.§.ſi quis a principe.ff.ne qd in loco publico.⁊.c.ſup eo.de offi.
deleg.cum alijs ſuperiꝰ alleg.Ad ꝑdicta facit notabilis theorica Vin
8 cē.⁊ aliorū doctorū in.c.examinata.de iudi.vbi dicūt † ꝙ niſi euiden-
ter appareat principē cōmiſſionē feciſſe per viā inquiſitiōis intelligi
tur ſemper illā feciſſe ꝑ viā iudicialis cōmiſſionis.arg.in illo tex.⁊ qꝛ
res de facili reducitur ad naturam ſuā.xxxv.di.ab exordio:⁊ maxime
hoc dicendū in caſu noſtro in quo papa per illā clauſulā ſi eſt ita mā-
dauit cauſe cognitionē aſſerēdo ꝙ de illo facto nō habebat plenā no-
titiam:⁊ ibi narratur vt plurimum factum a clero ⁊ contra clerū qūo
ergo poterat commiſſorio cōſtare ita eſſe vel clero nō vocato.cum cau
ſarū merita partiū aſſertione pandanꝛ.d.c.cū ex literis.⁊.d.l.fina.C.ſi
cōtra ius vel vti.pub.⁊ ꝑfecto cōſulens ꝯtrium ad predicta nō aduer-
tit.Et ex oībus ꝑdictis ꝯcludo dictas literas apoſtolicas fuiſſe ⁊ eſſe
nullas ex vitio ſubreptionis nec ꝓceſſum inde ſecutū valuiſſe ſeu vale
re.tū qꝛ factus vigore literarū nullarū.tum quia parte nō vocata.Nō
obſtat ꝯtriū ſupra ꝑ me factū:qꝛ ꝓcedit eo caſu quo dñs papa ſimpli-
citer ex certa ſcientia cōfirmaſſet qđ hic facere noluit nec hꝫ opitulari
ꝙ mandauerit ſuppleri oēm defectum ex plenitudine ptātis.tum qꝛ
non ſimpliciter hoc mādauit ſed ſub conditione ſi narrata eſſent ve-
ra:tum qꝛ illa clauſula ſolū referꝛ ad defectus circa ſolennia iuris no.
no.Spec.in ti.de le.§.nūc oſtendendum.ver.xviij.⁊ Archid.in.c.ceno
maneñ.xvj.di.In caſu aūt noſtro illa liberatio capitaneorū non ſe ex-
tendit ad caſum noſtrū ex defectu ptātis ⁊ voluntatis vt ſupra dixi.
Et ſic dicta clā nihil operaꝛ quo ad caſum noſtrū etiam ſi ſimpliciter
fuiſſet appoſita.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Factū ſic proponitur.dominus
Ioānes olim papa.xxij.cōſtituit certos officiales apoſtolicos in ciui-
rate Florētie qbus dedit ptātem ⁊ licentia inducēdi ſnīam octuagin
ta miliū florenorū inter oīa beneficia poſita in dominio cōis florentie
tā exempta ꝙ̄ nō exēpta vt in ipſa cōceſſione latius cōtineꝛ ⁊ exemit
ab illa cōtributione beneficia dñorū cardinaliū ⁊ iuxta ptātem tribu-
tam.ſecuta extitit impoſitio ⁊ diſtributio inter oīa bñficia illis benefi
cijs cardinaliū duntaxat exēptis demū tractu tpis cum clerus tā vi-
gore ſuprascripte impoſitionis facte cū exemptione cardinaliū modo
predicto ꝙ̄ quarūdā aliaꝝ impoſitionū ſimplr factarū multū aggra
uareꝛ in vſuris ⁊ intereſſe:qꝛ recepit illas pecunias mutuo īpetrauit
nuperrime a papa Martino vt ꝓ vſuris ⁊ intereſſe ꝑdictarū impoſi-
tionū que accedunt ad ſummā nouē miliuꝫ florenorū poſſit beneficia
oīm etiā exemptorū ꝓ rata contingente collectare vt leuis quiſqꝫ va-
leret ſufferre ⁊ tolerare partē cōtingētē a quorū impoſitione quedam
abbatie que tpe impoſitionis dictorū octuaginta miliū florenorum
erant in cōmenda cardinalium nūc autem habent proprios abbates
nituntur ſe ſubtrahere allegātes ꝙ iſta ſumma nouem milium flore-
norum dependet ab impoſitione ſuprascripta a qua ipſe abbatie reſpe
ctu cardinalium erant exempte.Queritur quid iuris.

¶ Conſilium.xxxv.

1 ☞ Reſtitutio in integrum conceſſa reſpectu capitalis:non extendiꝛ
ad vſuras inſecutas.
2 Legatum liberationis extenditur ad acceſſorium vſurarum poſt teſta
mentum contractum.
3 Beneficium perſonale perſonam ſequitur cum perſoua.
4 Papa ſi cōcedit priuilegium monaſterio.vt nullus eps audeat mo-
nachos illius monaſterij excōicare ſuſpendere vel interdicere quomo
do ⁊ de quibus intelligatur.

Saluatoris ieſu chriſti eiuſ-
ꝙ mrīs ꝑſidio innocato.Arbitror ꝙ ex triplici capite di-
cte abbatie teneanꝛ ad ꝯtributionē dictorū nouē miliū flo
renorum.¶ Primo quia beneficia cardinaliū fuerūt exempta ab illa
impoſitiōe capitalis dūtaxat nullaqꝫ facta fuit tūc mētio de vſuris ⁊
intereſſe poſtea ſecuturis:ideo nō debet extēdi ad intereſſe ⁊ vſuras
poſtea ſecutas.tex.eſt no.in.l.fi.§.lucius titius.de cōdi.inde.vbi ꝓbaꝛ
1 ꝙ † reſtitutio in integrū cōceſſa reſpectu capitalis nō extēdiꝛ ad vſu-
ras inde ſecutas etiā qđ plus eſt exiſtentes tpe reſtitutiōis ꝯceſſe.Ad
idē facit qđ legitur ⁊ notatur in.l.iiij.C.depoſi.⁊ ꝑ gl.optimam in.l.ele
ganter.§.non ſolū.ff.de dolo.Item ex ſeparatis non fit illatio in.c.ij.
de trāſla.ꝑla.⁊.l.neqꝫ natales.C.de ꝓba.ſed vſure ⁊ īntereſſe inde ſequē
tia ſunt ſeparata a prima impoſitiōe reſpectu capitalis.ergo exēptio
circa vnū nō extenditur ad reliquū.Et ꝑſertim hoc dicēdū in hoc pui
legio ꝙ veniebat in ꝑiudiciū aliorū beneficiorū:nā quatenus priuile-
giū ledit ius alterius dꝫ ſtricte interꝑtari cōtra illū vt in.c.cū dilectꝰ.
de conſuetu.no.Innocen.in.c.cum dilecti.de donatio.⁊ Bar.in.l.bñfi
cium.de conſtitu.princi.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ hoc intereſſe ꝓueniat
occaſione illius capitalis a quo illa beneficia cardinaliū erāt exēpta ⁊
ſic imputandum eſt illis clericis moroſis qui ſatiſfecerunt in termino
nec mora vnius debet alijs eſſe damnoſa.⁊ damnum qđ qs ſua culpa
ſentit ſibi ⁊ nō alij debet imputari.vt in.c.mora.⁊ regula dānū.de reg.
iur.lib.vj.⁊.c.peruenit.de fideiuſ.⁊.c.dilecti.de foro competē.Ad idē
2 tex.in.l.aurelius.in.§.legatū eſt.ff.de libe.lega.vbi tex.no.dicit † ꝙ le-
gatum liberationis extēditur ad acceſſorium vſurarum poſt teſtamē-
tum cōtractum qꝛ reſpondeo hoc procedere inſpecto iure cōmuni.ſed
hic fit impoſitio iſtorum florenorū autoritate ⁊ beneficio cōceſſionis
pape:qꝛ cōſiderās guerras ⁊ alia diſcrimina que difficultauerūt ſolu
tionē capitalis cōceſſit vt hec dāna inde ſequētia omnes ſentirēt vū
poſſet attētari ꝙ etiā ſi dicti cardinales haberent dicta beneficia nunc
in cōmenda.ꝙ ad hanc cōtributionem poſſent illa coerceri cū ab iſta
impoſitione nō eximanꝛ.¶ Scđo capite obliganꝛ dicta monaſteria
qꝛ dicta exēptio fuit ꝯceſſa eis nō ꝓpter beneficia.ſed fauore cardina
lium q illa beneficia detinebāt:vñ ex quo ꝑuenerunt ad manus illorū
3 ceſſat dicta exēptio.† quia bñficiū perſonale ꝑſonā ſequiꝛ ⁊ extinguiꝛ
cū ꝑſona vt in regula priuilegiū.de regu.iur.li.vj.⁊ ceſſante cā ceſſare
dꝫ effectus:vt in.c.ceſſante.de app.qđ ꝓcedit etiā in ꝑuilegijs vt in.l.
generaliter.C.de epiſco.⁊ cleri.canonizata.xvj.q.j.generaliter.hic eſt
ꝙ cum priuilegium incipit eſſe nociuū ceſſat priuilegium vel ſaltē eſt
reuocādū vt in.c.ſuggeſtū.⁊.c.dilecti.de deci.⁊ in.l.ex facto.ff.đ vulg.
⁊ pup.⁊.lxiij.diſt.§.verum.dignū eſt vt hi qui cum alijs vitam ducunt
ſimilē ſentiant in legibus diſciplinam.de ſtatu monacho.c.recolētes.
4 Ad idē tex.notabilis.in.c.j.de priuile.lib.vj.dicitur † ꝙ ſi papa ꝯcedit
priuilegiū monaſterio vt nullus eps audeat monachos illiꝰ monaſte
rij excōmunicare ſuſpendere vel interdicere ſtat priuilegium quocūqꝫ
loco monachi ſe cōferāt dūmodo ſemper ſint monachi illiꝰ monaſte-
rij:ſed ſi aliq ex eis mittanꝛ ad aliquos prioratꝰ ſubiectos dicto mo-
naſterio:⁊ ibi gerūt regimen illorum prioratuū vel ibi habitant tanꝙ̄
monachi:tūc em̄ ⁊ ſi bene poſſint reuocari ad pmū monaſteriū ⁊ ſint
monachi,tam primi monaſterij:ꝙ̄ prioratus.rōne tū eiuſdē prioratus
nō exempti poterunt illi monachi ab epiſcopo excōicari interdici vel
ſuſpēdi cā vltima exigente:qꝛ ceſſet priuilegium ex quo nō ſunt mo-
nachi primi monaſterij tātū.ad idē tex.in.c.cū capella.de priuilegijs.
Ideo dico in caſu noſtro ꝙ cū dicta monaſteria exiuerint manus car-
dinalium preſuppoſito ꝙ dicti cardinales fuiſſent ab hac impoſitiōe
exempti nō debent abbates illo beneficio vti preſcriptis rationibus.
¶ Tertio capite ſaltem reſpectu totius nō poſſunt dicta monaſteria
pretēdere exemptionē:quia hec impoſitio nouem milium florenoruꝫ
nō deſcendit totaliter ex illo capitali octuaginta milium florenorum
a quo cardinaliū beneficia fuerūt exēpta.ſꝫ etiā ab alijs impoſitiōibꝰ
a quibus nō fuerant exēpta vt patet in literis pape:⁊ ſic ceſſat in illis
omnis executio.Ex quo euidenter colligitur quod non fuit de mēte
dñi pape illa beneficia illo reſpectu ab hac impoſitione liberare.ſi em̄
voluiſſe diſtinxiſſet eximendo ab intereſſe illius diſpoſitionis.Quare
ex predictis oībus cōcludo dicta monaſteria omnino teneri ſicut alia

beneficio

beneficia ad contributionem dictorum nouem miliũ florenorũ dicta executione non obſtante. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xxxvj.

1 Frater minor an poſſit petere a maiori ꝙ cõmunicet apotheca et nomina debitorum in libro ſocietatis deſcripta.

2 Acquiſitum per filium in poteſtate viuẽte patre ſi non appareat vnde acquiſiuit an preſumi debeat illa prouenisse in bonis paternis.

In dei nomine amen. Circa pmũ dubiũ quo q-
1 ritur.† An minor frater poſſit petere a maiori ꝙ cõmunicet apotheca ⁊ noĩa debitorũ in libris ſocietatis deſcripta.
vbi dixit ꝙ ſi ſtatutũ ꝓhibeat minorẽ.xx.annis teſtari:nõ opʒ exten
di ad donationem cauſa mortis ratione predicta.licet aliud dixerit
Bar.in.l.ij.ff.de leg.j.In contrarium tamen ſingulariter facit.l.mar
cellus.ff.de dona.cã mor.vbi patet ꝙ ſolennitas remiſſa in vltima vo
luntate videtur tacite remiſſa in donatione cauſa mortis.ad idem fa
cit tex.inſtit.de dona.in prin.⁊ in.l.ſi.C.de dona.cauſa mort.profecto
articulus eſt ſatis dubitabilis.ſed in preſentiarum aliter nõ examina
bo:q꜄ ex predictis ſatis clare patet deciſio huius queſtionis.Et ea
dem ratione non curo examinare quartum dubium qđ hic poſſet ori
ri an pater potuerit preſtare ſuũ conſenſum in donatiõe ꝑ filiũ fratri
bus ſuis filijs cõſtitutis in poteſtate ipſius patris cõis.de quo per gl.
⁊ Bar.in.l.j.ff.de auto.tut.⁊ melius per Bart.in.l.impuberem.§.j.ff.
de fal.vbi videntur ſentire ꝙ non,licet aliud ſenſerint in.d.l.j.Primũ
videtur verius propter vſumfructũ qui acquiritur ipſi patri qui in fa
cto ſuo non potuit autorizare. Nico.Abbas.

Conſilium.xlj.

1 Gratia facta contra precedentẽ interlocutoriã principis de qua in
gratia nulla extitit facta mentio iudicatur ſubreptitia ⁊ nulla.
2 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſimpliciter conditum.
3 Periurus omnis non eſt infamis infamia ciuili:ſed ſolum ille qui ve
nit contra promiſſionem iuratam.
4 Donatio preſumitur facta inter viuos quando non apparet comme
moratio mortis etiam ſi fiat ab infirmo.
5 Contractus inter viuos factus ſub conditione impoſſibili de iure:vel
ſub conditione turpi eſt ipſo iure nullus.

In queſtione que vertit̃ ſeu
verti ſperatur inter Antoniũ Joannis ex vna parte:⁊ Ni
colaum Nicolai ex alia ſup preualitudine duorũ teſtamen
torũ ab eadẽ domina diuerſo tẽpore cõfectorũ ac etiã ſuper validita
te cuiuſdã donationis inter viuos facte ab eadẽ domina in caſu quo
mutaret primũ teſtm̃ duo principaliter examinãda incũbunt.Pri
mo nunqd attentis verbis vtriuſqꝫ teſtamenti dicti poſſit primũ per
ſcõm reuocari.Scõo preſuppoſita primi reuocatione an ſaltem va
leat donatio facta in eodẽ teſtamẽto.Circa primũ arguit̃ ad partẽ
negatiuã qđ primũ per ſcõm nõ reuocetur vbicũqꝫ in primo teſtamen
to ponitur clauſula derogatoria alterius voluntatis non valet ſcõm
niſi fiat de illa clauſula mentio vt in.l.ſi quis in princ.ff.de leg.iij.facit
c.nõnulli.de reſcri.⁊.c.pe.⁊ vlt.de cape.mo.Sed in caſu noſtro in pri
mo teſtamento fuit appoſita huiuſmodi clauſula.nec de ea fuit facta
aliqua mẽtio in ſecundo:ergo ⁊c.Minor probat̃ ex verbis primi teſta
menti in quo inter cetera ſic cauet̃.Et hanc meam preſentem volunta
tem volo ⁊ modo ceteris alijs preualere ⁊ perpetuo iuris effectũ habe
re ⁊ incõmutabilem ⁊ firmã eſſe.⁊ ex nunc iuro ſponte corporaliter ta
ctis literis ac ſanctis dei euãgelijs pñs teſtm̃ ⁊ vltimã meã preſentem
voluntatẽ de nouo nõ concedere vel facere ⁊c.vnde põderanda ſunt
inter cetera illa verba.Et perpetuo iuris effectũ habere ⁊ incõmuta
bilem ⁊ firmã eſſe ⁊c.Ex quibus clare patet qđ voluit iſtud teſtm̃ va
1 lere.Scõo ad idem facit.c.cum olim.de re iud.vbi† gratia facta con
tra precedentẽ interlocutoriã principis de qua in gratia nulla extitit
mẽtio facta indicat̃ ſubreptitia ⁊ nulla.⁊ per illum tex.dicit no.Bald.
in.l.qđ iuſſit.ff.eo.ꝙ ſi ſuper eodẽ apparerent due ſententie interlocu
torie contrarie nec appareret ꝙ iudex tulerit ſententiam animo reuo
cãdi primam ꝙ prima nõ videtur reuocata.Ita dicẽdum in propoſi
to ⁊ tãto ſecurius quanto in primo teſtamento firmiter dixit qđ vole
bat illam eſſe ſuam firmã ⁊ incommutabilem voluntatem.Et hoc per
maxime videtur tenẽdum ex eo:q꜄ in primo teſtamento appoſuit iura
mẽtum de illo non reuocando.ne ergo dicatur per iura debemus in
terpretari non habuiſſe animum aliud teſtm̃ cõdendi:ſed potius mo
rem gerendi filio.preſertim cum iuramentum habeat vim clauſule de
rogatorie ſeu ſi non valet qđ ago vt ago valeat vt valere põt.vt legi.
⁊ no.maxime per Bar.in.l.cũ pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.⁊ in.l.

ſi quis pro ec. ff. de fideiuſ. ⁊ in. c. ad noſtram. iij. ⁊ c. quāto. de iureiur.
Tertio ad idē facit: veniens contra iuramentum eſt infamis: vt in. l. ſi
quis maior. C. de trāſac. ⁊. vj. q. j. infames. no. gl. in. c. querelam. de iure-
iuran. ⁊ c. peruenit. de fideiuſ. ſed infamis nō poteſt condere teſtm̄ vt
in. l. is cui bonis. §. fi. ff. de teſt. ergo non debuit valere ſcōm teſtm̄ cū re
periatur factum a periuro. ¶ Sed his non obſtatibus ꝯ̄riam ſniam
puto preualere. Moueor principaliter per. l. ſancimus. C. de teſta. vbi
2 patet qȯ † per ſcōm teſtm̄ ſimpliciter conditū tollitur primū. eſt em̄ vl
tima voluntas ambulatoria vſqȝ ad mortem. teſtm̄ enim ſola morte
cōfirmatur vt in. l. cum marthe. de celeb. miſ. ⁊. xiij. q. ij. vltima volun-
tas. nec poteſt quis ſibi legem imponere a quo recedere non liceat vt
in. l. ſi qs in prin. ff. de le. iij. nec requirit qȯ fiat ſpecialis reuocatio prio
ris teſtamenti: ſed ſufficit tacita que elicitur ex contraria volūtate. ad
hoc bonus tex. in. l. fi. §. j. de le. ij. per quem tex. tenuit ibi Cy. ⁊ ſequun-
tur cōiter doc. ⁊ preſertim Bar. in. d. l. ſi quis. in prin. in fi. prime col. qȯ
etiam ſi in primo teſtȯ eſt clauſula derogatoria tacite ſumpta a con-
trario ſenſu. nō tm̄ eſt neceſſe vt expreſſe tollat: ſed ſufficit tacita. ſicut
em̄ tacite inducit ita tacite tollit. Et per predicta vr̄ decidi qȯ noſtra.
nam ſi bene ponderētur verba primi teſtamenti nō eſt ibi aliqua clau
ſula expreſſe derogatoria ſequentis voluntatis ſed tm̄ tacite. Quin-
imo non ſimpliciter ⁊ abſolute dixit ſe nolle valere ꝯ̄riam voluntatem.
imo expreſſe voluit eam valere dum adiecit hec verba videlicet. Et in
quantum contingeret me ab hac vltima voluntate diſcedere: vel te-
ſtamentum aliud vel aliā vltimā volūtatem cōcedere ex nunc ꝓut ex
tunc, ⁊ ex tunc prout ex nūc dono inter viuos ⁊c. Ex qbus verbis cla-
re colligit qȯ ad validitatē ſecundi teſtamēti noluit aliquā ſolēnita-
tem adhiberi: vel derogationē aliquā fieri debere: vel qȯ dȝ fieri men
tio primi teſtamēti: ſed ſolum ad mutationē prioris volūtatis voluit
donationem inter viuos valere. facit ad hoc qȯ no. maxime per Bal.
in. l. nō dubium. C. de legi. in illa qōne in factum contra legē penalem
valeat. Et profecto ex hac ſola cōſideratione ſuſtineri pōt ſcōm teſta
mentum. ¶ Et ad ꝯ̄ria ſupra formata rn̄deo: ⁊ primo ad primum ptȝ
reſponſio ex ſupradictis. nō em̄ fuit appoſita expreſſe aliqua clauſula
derogatoria voluntatis: ſed potius illa verba ſapiunt clauſulam de-
rogatoriam poteſtatis in eo quod dixit qȯ voluit illā vltimam volun
tatem eſſe firmam ⁊ incōmutabilē que nullo vinculo ſubſiſtit. qȝ non
poteſt quis ſe reddere inhabilem ad mutandum teſtm̄ vt in. d. l. ſi qs
in prin. ⁊ ibi plene per Bar. facit. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ⁊ qȯ
ibi no. ff. de ver. obli. Ad. c. cū olim. ⁊ dictum Bar. dico qȯ procedunt
ibi his in quibus datur probabilis ignorantia prioris actus propter
multitudinem factorū. nam etiam principem ſepe fallit obliuio. xxij.
diſtin. preterea. ſed nos loquimur priori teſtamento in quo non preſu
mitur ignorantia: tum qȝ factum proprium vt in. c. ab excōicato. de re-
ſcrip. tū qȝ eſt factum ita notabile ⁊ raro conſuetum fieri qȯ nō debet
preſumi obliuio. vt in. c. cū illorū. ꝓpe fi. de ſen. excō. ⁊ in teſtamento ꝓ
batur clare in. d. l. ſancimus. C. de teſt. vbi clare ꝓbat valere ſecundum
teſtm̄ longo tpe poſt primū cōfectū: licet expſſe nō reuocaret primuȝ
per ſcōm. Quare dicendū ſecundum teſtm̄ valere tenere: ⁊ in caſu no-
ſtro licet nō apponātur illa verba cōſueta annullans ⁊ irritās omnē
aliam voluntatem ⁊c. ſatis enim annullat ex quo aliud cōdidit teſtm̄
cum non poſſit decedere cum duobus teſtamentis. d. l. ſancimus. Nec
obſt. quod in primo fuit appoſitū iuramentum. qȝ illud non impedit
reuocationē teſtamenti. ad hoc gloſſ. not. in. c. vltima voluntas. xiij. q.
ij. ⁊ plene per Joā. an. in reg. qȯ ſemel placuit. de reg. iu. lib. vj. in merc.
vbi tandē cōcludit valere teſtm̄ nō obſtante iuramento preſtito de il-
lo nō reuocādo. fatet tm̄ qȯ teſtator eſt periurus. ⁊ facit qȯ no. Inno.
in. c. dilecto. de prebē. vbi dicit nō impediri actus validitatem contra
iuramentū: vn̄ ſi quis iurauit non vendere librum ⁊ poſtea vendit te-
net venditio licet ipſe ſit periurus. Quinimo plus voluit Bar. in. l. cū
duobus. §. idem rn̄dit. ff. pro ſocio. ⁊ in. l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta. ff. de verb. obl. qȯ tale iuramentū tanq̄ contra bonos mores non
eſt obligatoriū. vt in regula nō eſt obligatoriū. de regu. iur. lib. vj. ⁊ ſic
mutans teſtm̄ nō eſt periurus. Ex his patet reſponſio ad vltimū arg.
ad hoc qȯ poteſt multipliciter reſponderi. primo negādo qȯ mutādo
teſtamentū inciderit in periuriū: qȝ non fuit obligatoriū ſed temera-
rium qȯ nō obligat cōtrauenientē ad periuriū: vt in. c. quāto. de iureiu.
3 ⁊. xxij. q. iiij. per totū. † Preterea nō omnis periurus eſt infamis infa
mia ciuili: ſed ſolū ille qui venit cōtra promiſſionem iuratā in dānum
proximi: vt in. l. ſi quis maior. ⁊ qȯ ibi no. C. de tranſac. ⁊ in. l. fi. iuncta.
l. ij. ff. de cri. ſtel. no. archi. in. c. autem. xv. q. vj. no. in. c. teſtimoniuȝ. de te
ſti. vbi vr̄ de hoc caſu. Preterea ⁊ quarto non omnis infamis inha-
bilitatur ad teſtamēti factionē: imo regulariter quilibet infamis ha-
bet teſtamenti factionē. vt. l. ij. C. de ſecun. nup. ⁊. l. fi. ff. de leg. j. tȝ Bar.
in. d. l. is cui bonis. de verb. oblig. ⁊ ad caſum illius. l. reſpondet qȯ lo-
quitur in caſu ſuo. ⁊ de hoc ibi. ¶ Venio nunc ad ſcōm principale du
bium: an ſaltem valeat donatio inter viuos facta in dicto priori te-
ſtamento. Et videt primo qȯ ſic: qȝ fuit facta per viam ꝯ̄ctus. fuit em̄
facta p̄ſentibus ⁊ recipiētibus ⁊c. clarūqȝ eſt ꝙ in vltima volūtate pt
contrahi. nec reuocatur ꝯ̄ctus reuocato teſtamēto. iuxta id qȯ legit ⁊
notatur in. l. heredes palā. ff. de teſta. ⁊ donatio inter viuos eſt irreuo
cabilis niſi ꝓpter ingratitudinē: vt in. l. fi. C. de reuo. do. ⁊. c. fi. de don.
4 ⁊ donatio preſumitur facta inter viuos ex quo nō eſt facta cōmemo-
ratio mortis etiā ſi fiat ab infirmo. vt eſt tex. no. in. l. ſeia. §. fi. ff. de do.
cau. mortis. nec iſta dn̄a donauit omnia bona ſua preſentia ⁊ futura
quo caſu poſſet dici nulla tanq̄ indirecte tollēs libertatē teſtādi iux
ta opi. Bar. in. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. ob. ⁊. l. fin. C.
de pac. ſed donauit quartā partem omnium bonorū quo caſu dȝ va-
lere donatio cū valeat etiā ſi dētur oīa bona preſentia cum poſſit fieri
teſtm̄ reſpectu acquirendorū iuxta not. per eūdē Bar. in. d. l. fi. ¶ Sȝ
predictis nō obſtātibus ꝯ̄riū arbitror dicendum in caſu noſtro. Mo
ueor principaliter qȝ qȯ nō pōt fieri principaliter ⁊ per viā diſpoſitio
nis non debet admitti indirecte ⁊ per viam cōditionis vt in. l. ſeius ⁊
augerius. ff. ad. l. fal. ſed directe non poteſt qs reddere ſe inhabileȝ ad
mutationem teſtamenti: vt in. d. l. ſi quis in p̄n. ff. de lega. iij. ergo nec
indirecte per viam cōditionis diſponēdo qȯ ſi mutauerit donat il-
la bona. nam in caſu noſtro illa domina nō fecit pure donationeȝ in
ter viuos in teſtȯ: ſed per modum cōditionis ſcilicet ſi mutaret teſta-
mentum. ⁊ aduertendum quod vigore ſtatuti mulier habēs filios nō
poteſt diſponere etiā in teſtȯ in preiudiciū filiorū: niſi de quarta pte.
⁊ hec domina in teſtamento donauit non filijs illā quartam partem:
illos heredes in illa quarta parte inſtituendo ⁊ in caſu quo mutaret
teſtamentū donauit illis inter viuos illā quartā partē ⁊ ſic in effectu
auferebat ſibi dupliciter liberā teſtamēti factionē. Primo timore do-
nationis inter viuos. nam ſi mutabat teſtm̄ ex tunc priuabat quarta
parte omniū bonorū: qȝ donatio inter viuos ex tunc habuiſſet effe-
ctuȝ. ⁊ ſic in fraudē fuit facta illa donatio loco pene. vnde de directo
fuit cōmiſſum cōtra legē ſtipulatio hoc modo cōcepta. prealleg. vbi
patet qȯ non valet adiectio pene in caſu mutationis teſtamenti: qȝ
eſt contra bonos mores: nil aūt eſt ꝙ magis hominibus debeatur q̄
vt ſupreme volūtatis liber ſit ſtylus. l. j. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ alibi di
xit tex. no. qȯ etiā indirecte non pōt libertas ſupremi iudicij cōſtrigi.
vt in. l. cū duobus. §. idē reſpōdit. ff. pro ſocio. Secundo auferebat li
berā ptātē teſtādi: qȝ donabat totā quartā partē de qua dūtaxat po-
terat libere diſponere. Et hanc opi. qȯ non valeat hec donatio facta
ſub cōditione ſi mutauerit teſtm̄ reperio expreſſe tenuiſſe Bar. in tri
bus locis. ⁊ dicit ſe ita cōſuluiſſe in. c. cum duobus. §. idem reſpondit
prealleg. ⁊ in. l. ſi quis in prin. de leg. iij. in. vj. col. ver. quero an ſi reme-
dium ⁊ in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. prealle. in prin. Mouetur
5 ꝑncipaliter † qȝ ꝯ̄ctus inter viuos factus ſub ꝯ̄ditione impoſſibili de
iure vel ſub conditione turpi eſt ipſo iure nullus: vt in. l. impoſſibilis.
⁊. l. generaliter. ff. de verb. obli. Sed hec donatio eſt facta ſub condi-
tione turpi contra bonos mores. ſ. ſi contingat me mutare teſtm̄ qȝ
aufert liberā teſtamēti factionē ergo non valet. d. l. ſtipulatio hoc mō
cōcepta. ⁊ refert qȯ reperit Dy. ita cōſuluiſſe: lȝ cōtrarium ſcripſerit
ſuper regula quod ſemel. li. vj. Et ponderanda ſunt verba ⁊ ratiōes
Bart. nam infertur donationem nō valere ſub tali conditione etiam
ſi non fuiſſet facta de omnibus bonis p̄ſentibus ⁊ futuris. ſed de cer
ta parte bonorum. nam quando eſt facta de preſentibus ⁊ futuris:
tunc tenuit donationē nō valere etiā ſi fuiſſet pure facta. vt ipſe not.
in. d. l. ſtipulatio. ⁊. d. l. fin. C. de pac. Et ſic aptiſſime ſentit in caſu nr̄o
donationem nō valuiſſe: maxime attento qȯ dicta dn̄a non poterat
libere diſponere: niſi de illa quarta parte. ⁊ per hec patet reſpōſio ad
allegata ſupra pro contraria opinione. Quare ex oībus predictis cō-
clude primū teſtamentum fuiſſe per ſecundum reuocatum. Item qȯ
donatio facta in primo teſtamēto ſub conditione ſi mutauerit teſta-
mentum non valeat. Et hec ſufficiant. Nico. Abbas.

¶ Conſilium. xlij.

1 Beneficio ceſſionis bonorum pōt quis renuntiare cū iuramento.
2 Statuto ſi caueatur vt quis citetur perſonaliter vel ad domum non
intelligitur ſecundum ius commune.

IN queſtione dominici pla
cidi Senenſis vtrū debitores ſui reſpectu inſtrumēti dota
lis poſſint pſonaliter capi ⁊ in carcere detineri donec ſatiſ
fecerint dicto dn̄ico creditori eo nō abſtante qȯ dicti ſui debitores of
ferant bona ſua pro ſatiſfactione debiti. Videtur primo qȯ nō. nam
ſi pro debito pecuniario nō extendit prius manus ad immobilia nec
ad debitorū omnia ſi mobilia reperiri poſſint: vt in. l. a diuo pio. §. in
venditione. ff. de re iudi. ⁊ ſic iudex minus q̄ poſſit noceat in executio
ne reiiudicate. ergo fortius debet obſeruari equitas reſpectu capture
perſonalis vt nūq̄ fiat q̄diu bona debitoris ſufficientia reperiant. ⁊
hāc ſententiam apte vidētur fouere gl. ⁊ Bar. in. l. iij. §. tutores. ff. de
ſuſpe. tuto. ¶ Sed his nō obſtantibus contrariam ſententiam arbi-
tror p̄ualere. Et arbitror qȯ ex duplici capite poſſint dicti dbitores
in caſu noſtro capi. Primo virtute cōuentiōis inite inter partes. pro
miſerunt em̄ vt poſſent cōueniri realiter ⁊ perſonaliter pro illa quan
titate q̄ quidem cōuentio de iure valet: quia ſicut a iure in multis ca
ſibus diſponitur vt reus poſſit detineri in carcere donec debito ſatiſ
fecerit. l. j. C. qui bo. ce. poſ. l. cū eo. ⁊ qȯ ibi no. p Bart. ff. ad. l. iul. pe. cū
ſi. ergo ⁊ per pactum id fieri poteſt. Et hāc partem qȯ valeat expſſe
tenet Ange.

tenet Ang. de peruſio. in. l. nemo carcerem. C. de actio. tribu. ſi. x. ſenſit
Bar. in. l. ſi deceſſero. ff. qui ſatiſda. cog. ⁊ ſpec. in tit. de renū. ⁊ cõclu. §.
j. ver. item eſt beneficiū. in fi. ⁊ Fede. de ſenis. conſi. lviij. vbi plus tenuit
1 ꝙ † cum iuramento poteſt quis renutiare beneficio ceſſionis bonorū.
argu. aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus ven. ⁊ c. cum contingat.
de iureiuran. ⁊ c. ij. de pac. lib. vj. ⁊ c. ſignificante. de pig. ⁊ optime facit
c. ex reſcripto. de iureiur. in caſu autem noſtro interuenit iuramentuʒ.
Quinimo multi tenuerunt ꝙ etiaʒ ſine iuramēto poteſt ibi beneficio
ceſſionis renuntiari. licet Bart. tenuerit cõtrarium in. l. alia. §. elegan-
ter. ff. ſol. mat. in caſu aũt noſtro nullū videtur dubium. tum q: non re
nuntiauit beneficio ceſſionis: ⁊ ſic nõ poteſt dici pactum cõtra bonos
mores cū poſſit vitare carcerem cedendo bonis: tū q: interuenit iura-
mentū: maxime procedit hec concluſio: q: nullibi expreſſe probatur vt
ſine ceſſione qui euitet carcerem: imo in contrariū facit. l. j. ⁊ quaſi per
totū. C. de ceſ. bo. ⁊ qđ no. gl. in. c. ij. de pig. vendãt ergo ipſi debitores ſi
velint ⁊ ſatiſfaciant creditori. quinimo non tenetur creditor vendere
pignus. vt in. d. l. a diuo pio. §. ꝙ ſi res. multofortius non tenetur cape
re in ſolutū ne ſpeciē ꝓ quãtitate recipere cõpellatur. ¶ Ex ſecundo
capite poteſt capi. ſ. vigore ſtatuti Senarū in quo diſponitur ꝙ ratio
ne inſtrumenti poſſit qs capi ⁊ detineri donec fuerit creditori ſatiſfa-
ctum vt patet ſtatuto contento ſub rubrica ꝙ debitores capi non poſ
ſint perſonaliter ⁊c. Et põdero ꝙ ſtatutū illud in principio loquitur
in materia iuris diſponentis vt regulariter quis capi perſonaliter nõ
poſſit demū excepit caſum obligationis inſtrumēti dotalis ⁊ quoſdã
alios. vt ergo exceptio ſit regula oportet intelligere vt in illis caſibus
fiat captura etiã in caſibus a iure nõ expreſſis. aliter illa exceptio ni-
hil operaretur contra. l. ſi quando. C. de inof. teſta. ⁊ c. ſi pater. de pri-
uil. li. vj. Nec ob. ſi dicat ꝙ tollat ius cõmune reſpectu ordinis: q: dico
ꝙ prima pars ſtatuti ponēs regulã nullã facit mentionem de ordine:
ſʒ cõcernit ſubſtãtiã capture: ⁊ poſtmodū excipit caſum noſtrū. ⁊ exce
ptio debet eſſe de regula vt no. ſuper rubrica de regu. iur. li. vj. facit ad
hūc intellectū notabile dictū Bar. in. l. iij. ꝑtor. ait. ff. de dã. infect. vbi
2 dicit † ꝙ ſi ſtatuto caueatur vt quis citetur perſonaliter vel ad domuʒ
nõ intelligitur ſm ius cõe vt ſit alternatiua ordinis: vt. ſ. primo perſo-
naliter ⁊ in defectū ad domū citetur: ſed ſtat proprie vt ſatis ſit citare
ad domū q: capiēdo primū intellectū ſtatutū nihil induceret vltra ius
cõmune qđ eſt notãdū. Preterea cū ſtatutū nõ loquatur in exceptio
nibꝰ in terminis iuris: ergo voluit ius cõe corrigere: ⁊ hoc de nouo in
ducere: vt notãter in ſimili dicit Bald. in. l. properandum. C. de iudic.
in ver. quid ergo ſi ſtatutū dicit. Et hec videntur de mente Bar. in. d.
l. iij. §. tutores. ff. de ſuſpec. tuto. in fi. vbi dicit licet de iure cõmuni non
debeant capi debitores ex quo habent bona ſufficiētia prout not. ibi
gl. tamen ſtatuta ⁊ conſuetudines Tuſcie aliter ſe habent. Uerba ſta-
tuti noſtri ſatis clariſſima ſunt ideo non eſt opus amplius cauillãdo
inſiſtere: vt. l. ille aut ille. ff. de leg. iij. maxime cū cõſuetudo ſuffragetur
iuſtitie vt ipſe Bar. atteſtatur. ¶ Cõcludo ergo ꝙ tam reſpectu con-
uentionis preſertim iurate ꝙ̃ ſtatuti ciuitatis poſſunt dici debitores
capi ⁊ detineri perſonaliter donec ſatiſfecerint nõ obſtãte ꝙ bona ſua
offerant: preſertim cū iuramentū ſit implendū in forma ſpecifica vt in
c. ad noſtrã. el. j. de iureiu. adeo vt vigore iuramēti quis poſſit cogi pre
ciſe ad factū: vt in. d. c. ex reſcripto. de iureiur. firmat Ant. de but. in. c.
veniēs. eo. ti. facit qđ no. gl. in. l. ſi pecuniã. ff. de cõdi. ob cauſam. ⁊ hec
ſufficiant. Ad contrarium ſupra formatū in principio faciliter patet
reſponſio. procedere enim poteſt vbi nõ interuenit conuentio ⁊ ceſſat
diſpoſitio ſtatutaria vt ſic mero iure ꝯmuni inſpecto nõ incarceretᷣ ex
quo habet bona ſufficientia ⁊ nõ eſt in contumacia ſm illam opinio-
nem. no. gl. in. §. tutores. prealleg. quam ſequitur ibi Barto. ⁊ Ang. in
repetitione dicte. l. nemo carcerē. que ſatis placet propter magnã equi
tatem pro qua facit. l. ob fenus. ff. de admi. tuto. ⁊. d. §. tutores. aperte
licet non probetur. vt. ſ. dixi. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium. xliij.

1 Decretum primum interpoſitum in petitione matris ſuo tempore
dotem poſtulantis in bonis pupilli an teneat.
2 Miſſio in poſſeſſionē ex primo decreto cum ſit modici preiudicij põt
fieri contra abſentem cauſa reipub. ſi a nemine defendatur.
3 Perſonaliter quis citari debet quando reperiri poteſt.

IEſu chriſti ſaluatoris preſi
dio ex corde inuocato. Ex oībꝰ per partē narratis ad cla-
ram deciſionē quatuor poſſunt elici queſtiões. ¶ Prima
an valuerit interpoſitio primi decreti. ¶ Scđa quid de ſcđo. ¶ Ter-
tia preſuppoſita illorū nullitate an mater miſſa in poſſeſſionem fece-
rit interim fructꝰ ſuos. ¶ Quarta an bona mariti ſint tacite obliga-
ta ꝓ alimentis debitis vxori hãbito ad ius cõmune ⁊ legē municipa-
1 lem reſpectu. ¶ Redeo ad primū in † quo videtᷣ dicendū primū decre
tum tenuiſſe in bonis pupilli interpoſitum ad petitionem matris ſuo
2 tempore dotē poſtulãtis. † Nam miſſio in poſſeſſionē ex primo decre
to cum ſit modici preiudicij ſit etiam cõtra abſentem cauſa reipublice
ſi a nemine defendatur. in. l. ignorare. C. de reſti. mi. ⁊ cõtra eccleſiam:
vt in. c. ꝫ. ⁊. iij. de eo qui mit. in poſ. Idem ergo dicendū contra pupil-
lū ſi a nemine defendatᷣ. Quinimo cõtra pupillū citatū ⁊ indefenſuʒ
videtur tex. in. l. apud iulianū. ff. ex qui. cau. ⁊ apertius in terminis no
ſtris tenet Bar. in. l. j. ff. de admi. tuto. vbi dicit ꝙ ſi pupillus citatus
nõ cõpareat per legitimã perſonã poteſt cõtra eum fieri miſſio ex pri
mo decreto: ſed in caſu noſtro ꝑſupponitᷣ pupillū fuiſſe citatū in do-
mo quondã patris ſui: ⁊ nemo ꝓ eo cõparuit: ergo ⁊c. Nã ex citatione
facta domi poteſt perueniri ad primū decretū. iuxta no. Innocē. in. c.
fi. de eo qui mit. in poſ. vr̄ ꝓbari in. l. iij. §. pretor ait. ff. de dam. infect.
¶ Sed his non obſtantibus puto in caſu noſtro primū decretū viri-
bus nõ ſubſiſtere. Moueor primo q: cõtra pupillum nõ põt deueniri
ad interpoſitionē primi decreti: niſi prius citato tutore qui in caſu mi
nime citatus fuit: ſi autē pupillus nõ habeat tutorem requirēdi ſunt
cognati vel affines ⁊ ſi q forte alij ſint quos veroſimile eſt in defenſio
ne pupilli nõ omiſſuros. vel ꝓpter neceſſitudinē: vel ꝓpter charitateʒ
vel alia rõne qđ etiã minime in caſu noſtro factū fuit. hec expreſſe pro
bantᷣ in. l. hec aũt. §. nõ defendi. cū ſeq. ff. ex qui cau. in poſſ. ea. ¶ Se-
cundo moueor citationis defectu aliter cõſiderato. nã qñ quis repe-
3 riri põt citari debet ad faciem: ⁊ ſic † perſonaliter: nõ autē ad domum
ex quo citãdus nunꝙ̃ comparuit in iudicio vt eſt text. iuncta glo. in. c.
cauſam. de dolo ⁊ cõtu. etiã ad effectū deueniēdi ad primū decretū: vt
ibi no. ⁊ maxime per Hoſ. qui tenuit quē dici poſſe reperiri ſi eſt in pro
uincia ſeu preſuppoſita opinione Bar. pro veriori q tenuit in. d. §. pre
tor ait. ꝙ ſi nõ reperitᷣ in ciuitate dr̄ reperiri non poſſe ad hoc vt poſ-
ſit fieri citatio ad domū quã opinionē multi ſequuntᷣ in. d. c. cauſam. ⁊
allegat ꝓ caſu qđ habetᷣ in aut. de exhi. ⁊ intro. reis. §. ſi vero quidam.
debet tñ capi verbū ciuitate large cū non ſimꝰ in materia odioſa: imo
fauorabili vt etiã veniat comitatꝰ. arg. optimū in. l. j. §. cū vrbem. ff. de
off. procon. ſed pupillus habitabat in comitatu. ergo debuit ibidē ad
faciem citari. nõ autē ad domum quondaʒ habitationis paterne. Et
ꝑſuppoſito ꝙ ī caſu noſtro verbū ciuitate nõ debeat capi ita large: tñ
ex alio poteſt citatio infringi: q: vt mihi preſupponitur in facio poſt
mortē patris: vel ſaltē longe ante citationem pupillus nunꝙ̃ habita-
uit in domo paterna. ſed apud ſuū tutorē qui notorie habitabat in co
mitatu: notorie etiã cõſtabat pupillū ibidē habitare ergo prima cita-
tio debuit fieri ad ꝑſonã ſuã vel ad domū ſue habitationis. vt in. d. l.
pretor ait. ⁊. l. ſcire oportet. ff. de excu. tuto. ⁊. d. c. cauſam cū glo. ſua. de
dolo ⁊ contu. Tertio principaliter põt infringi. q: fuit facta dolo pre
ſentis cõtra abſentē cum ſciret pupillo cõpetere exceptionem ſaltē in
maiori parte dotis: cū per prius fuiſſet ꝓ maiori parte facta ſolutio.
vt no. voluit Inn. in. c. ij. de dila. vbi dicit ꝙ ſi dolo preſentis fuit facta
admiſſio contra abſentē. vt q: ſciebat abſenti exceptione cõpetere: po
terit qui abſens fuit petere reuocari poſſeſſionem in ſua abſentia da-
tam. ⁊ ſi miſſus excipiat tu cõtumaciter abfuiſti poterit paſſus miſſio
nem replicare. ⁊ tu doloſe excipis de dolo vel de cõtumacia mea cuʒ ⁊
doloſe circa eandē rē egeris ſciēs me exceptiõe tutū. Et pro hoc opi.
Inno. facit. l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. nam miſſio debuit fieri
pro modo debiti declarati. l. cū proponas. iūcta aut. ei qui iurat. C. de
bo. aut. iud. poſ. ⁊ c. qm̄. §. in alijs. vt li. nõ cõte. Iſta vero mater doloſe
petijt remiſſionem reſpectu totius dotis cū tamen eſſet ſibi ꝓ maiori
parte ſatiſfactū. ¶ Quare ex his omnibus predictis cõcludo primū
decretū minime valuiſſe. Non obſtant iura contraria principio allega
ta q: debent limitari ſm predicta. ¶ Uenio ad ſcđm dubium. ſ. an va-
luerit ſcđm decretum. Et profecto illud põt iudicio meo ex multiplici
capite infringi. Primo q: ex quo nõ valuit primū nõ debet valere ſe-
cundum q: ſcđm decretum eſt ſcđa iudicis aggrauatio in odium con-
tumacis. vt no. in. l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dã. infec. ⁊ in. c. j. de eo qui
mit. in poſ. Sed in caſu nr̄o non valuit prima aggrauatio. nec potuit
dici pupillus cõtumax. vt patet ex predictis: ergo non debuit fieri ſe
cunda aggrauatio. cū ſcđm decretū fundatur ſuper primo. arg. eorum
que leguntur ⁊ no. in. c. quoniã. in fi. vt lite non cõteſtata. ⁊ ſi nõ valet
principale nec acceſſoriū. de fide inſtru. inter dilectos. §. ceterū. ¶ Se
cundo nõ valuit potiſſima ratione: q: non fuit interpoſituʒ contra la
titantē. latitare autem dicitur in propoſito qui iuſſioni iudicis non
obedit fraudandi creditoris cauſa: vt. l. fulcinius. in prin. §. qui autem
ſit latitare. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. no. Inno. in. c. dilecto. de verbo. ſig.
Pupillus autē non latitabat ex multiplici reſpectu. Primo q: nūꝙ̃
fuit citatus in interpoſitione ſecūdi decreti: nec ſufficit ipſum citari
niſi citetur ⁊ tutor ex quo illum habebat. vt. ſ. dixi. nam ſi non poteſt
interponi primum vt dixi in precedenti dubio fortius nec ſcđm: ſcđm
Inno. in. d. c. dilecto. Non ob. ꝙ iudex dedit ſibi curatorem ad litē qđ
videtur facere potuiſſe ex quo non defendebatᷣ. vt. d. l. fulcinius. §. pla
ne. cū ſequētibus q: dico illud procedere quando pupillus non habe
bat vel habebat minus idoneū. Sʒ in caſu noſtro pupillus habebat
tutorem idoneum qui nunꝙ̃ fuit citatus ad illam cauſam: ergo non
potuit ſibi dari curator ad litem. vt probatur in. d. §. interdū. inſti. de
cura. fuit ergo interpoſitum ſecūdum decretum eum perſona non ha
bente poteſtatem. eſt ergo nullum ſicut iudicium agitatum cum falſo
procuratore. l. licet. C. de pro. ⁊ in. c. in noſtra. ⁊ c. ex inſinuatione. eod.
tit. nec ex ignorantia iudicis ignorantis pupillū habere tutorem de-
bet ipſius pupilli indefenſi deteriorari cõditio. ar. l. clarū. C. de autor.

pꝛe.⁊.l.queſiuit.ff.de re iudic.¶Tertio pꝛincipaliter coꝛruit qꝛ iudex
illud interpoſuit nō examinato pꝛius plene pꝛincipali negotio vt pꝫ
ex recitatione facti contra.l.cum pꝛoponas.C.de bo.auc.iudi.poſ.⁊ ſi
fuit interpoſitū a minus inſtructo:merito nō debet valere cum ⁊ ſnīa
diffinitiua ex tali facto coꝛrueret vt in.c.tum ex literis.⁊ qđ ibi no.de
in integ.reſti.no.Bar.in.l.pꝛolatā.C.de ſen.⁊ interlo.¶Quarto non
valuit qꝛ interpoſitū fuit dolo pꝛeſentis occaſiōe totius dotis cui tñ
erat ſatiſfactū ꝑ maioꝛi parte.vt.ſ.dixi in pꝛecedenti dubio.¶Quin
to ⁊ vltimo facit notabile dictum Inno.in.d.c.dilecto.de verb.ſigni.
vbi dicit ꝙ cū interpoſitio ſecūdi decreti ſit ſnīa interlocutoꝛia:qđ pꝫ
ex eo qꝛ ſit lite nō cōteſta.d.l.cū ꝓponas.poterit iudex illud decretum
ex cauſa iuſta reuocare:vt puta ſi nūc cognoſcat ꝙ nō erat debitum:
vel ſubeſt alia cauſa legitima vt erat in caſu noſtro:qꝛ nō interuenit
legitimus defenſoꝛ pupilli:nam interlocutoꝛia nō trāſit in rē iudica-
tā quo ad iudicē:ideo qñcūqȝ poteſt iudex illam reuocare:ex quo re-
perit illa fuiſſe peccatū ſeu grauamē alteri parti iniuſte inflictum, vt
in.l.iudex.ff.de re iudi.⁊.c.ceſſante.de appel.no.Inno.in.c.querelam.
de elec.per Bar.in.d.§.Julianus.⁊ hec ratio eſt indubitabilis ⁊ incō-
uincibilis.¶Uenio ad tertium.An iſta mulier miſſa in poſſeſſionem
fecerit interim fructus ſuos:⁊ dico ꝙ nō.qꝛ nō poſſedit iure reſiſtente
cum nō fuerit proceſſum cōtra pupillum ſicut iure diſponit᷑ vt patet
ex pꝛedictis:ergo bona fides nō excuſat que etiā nō p̄ſumitur:vt not.
dicit Bar.in.l.ſed ⁊ ſi.§.ſcire.ff.de pe.here.Itē facit qđ ipſe no.in.l.iu-
ſte poſſidet.ff.de acq.poſ.Preterea minoꝛ poſſet petere reſtitutionē
aduerſus leſionē.vt.ff.de mi.l.qđ ſi minoꝛ.⁊.l.in cauſe. quaſi ꝑ totum.
¶Ad vltimū.An bona mariti ſint tacite hypothecata ꝓ alimentis.
vxoꝛis.hāc qōnē firmauit Spe.in ti.de dona.inter vi.⁊ vxo.§.foꝛma-
tis.verſi.ſed nunquid.⁊ ibi recitat opiniōes ꝯrias nec bene firmat pe-
des.ſed Bar.in.l.lucius.ff.de ali.⁊ cib.leg.plenius ꝓſequitur ⁊ tandē
videt᷑ determinare ꝙ nō qꝛ hoc nullo iure canet᷑.⁊ bona nō obligātur
tacite niſi in caſibus a iure expꝛeſſis.vt.ff.⁊.C.per totū.in qbꝰ caſibus
pign.taci.ꝯbi.licet eñi reperiatur hypotheca ꝓ dote:vt.l.vna.C.de rei
vxo.actio.⁊.l.aſſiduis.C.qui po.in pig.hab.ꝓ alimētis tñ nil diſponi
tur.⁊ etiam iſta pars mihi placet:maxime in caſu noſtro vbi queritur
an ſint obligata pꝛo alimentis debitis ſol.mat.nam nullo iure caue-
tur vt alimenta p̄ſtentur ſoluto matrimonio vt no.Cy.in.l.vnica.§.ex
actio.C.de rei vxo.act.Et p̄ſuppoſito ꝙ cauet᷑ non tñ diſponit᷑ vt bo-
na ſint obligata.Et ita rñdeo ad.l.municipalē.nā in ea ſolū inducitur
obligatio alimētoꝝ:nō aūt obligant᷑ bona.Fallūt pꝛedicta ſm Bar.
in loco p̄alleg.niſi fundus dotalis fuiſſet datus ineſtimatus.nam cuꝫ
tūc pꝛincipal̄r deputet ꝓ oneribus matrimoniū ſatis pōt admitti vt
ſit obligatus ꝓ alimētis:ſʒ ad caſum noſtrū nō facit cū nō fuerint da
ta bona ineſtimata.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Quedaꝫ domina catherina ſuū
poſtremū cōdēs teſtm̄,inter cetera legitima de bonis ſuis Bartholo
meo Joānis nepoti ſuo floꝛenos quadringētos.In oībꝰ autem alijs
bonis ſuis mobilibus ⁊ immobilibus p̄ſentibus ⁊ futuris ſuū heredē
vniuerſalē inſtituit Bartholomeū ſupꝛaſcriptū nepotē ſuū:⁊ hoc in
caſu quo deueniret ad etatem perfectaꝫ:⁊ in caſu quo decederet in pu
pillari etate:tūc voluit ꝙ de dictis bonis ſuis diſponat᷑ pꝛout videbit᷑
⁊ placebit dño Bartholomeo Hugolini filio ſuo legitimo ⁊ natura-
li quem vſufructuarium omniū bonoꝝ ſuoꝝ ad vitam ſuam reliquit
ſemper tñ ſaluis ſupꝛaſcriptis floꝛenis.cccc.qđ dimiſerat dicto Bar-
tholomeo nepoti ſuo:⁊ in caſu quo ꝑ dictū Bartholomeū filiū ſuum
pꝛedicta bona nō poſſent diſtribui ⁊ oꝛdinari vt ſupꝛa dictum eſt tunc
iſto caſu ſubſtituit ſuos fideicōmiſſarios vt bona ſua diſtribuāt pau-
peribꝰ Jeſu Chꝛiſti ⁊ pijs locis vel ꝯſanguineis ſuis ꝓut eis videbit᷑
⁊ placebit ſuꝑ hoc exonerādo eoꝝ cōſciētiā.Demū moꝛtua teſtatrice
dictꝰ dñs Bartholomeꝰ filiꝰ ſuus reduxit dicta bona ad manꝰ ſuas
⁊ volēs exeq teſtamentū maternū reſpectu legati facti.d.B.de dictis
floꝛenis quadringentis tradidit in ſolutū ⁊ pagamētū cuidā mulieri
amite.d.B.recipienti pꝛo dicto Bartholomeo certā domū reſeruādo
ſibi vſumfructū:cū hac tamē ꝯditiōe ꝙ in caſu quo dictus dñs Bar-
tholomeꝰ daret ⁊ ſolueret ſibi dictos floꝛenos quadringentos qđ in-
ſtrumētū dicte donatiōis inſolutū euaneſceret ⁊ remaneret dicta do-
mus libera penes.d.B.Deniqȝ interiecto tēpoꝛe ⁊ aliquibus diſcoꝛ
dijs ſuꝑ dicta domo exoꝛtis ac moꝛtuo dicto Bar.nepote in pupillari
etate relicto patre abſente dicta ſua amita nomine patris abſentis cū
debitis cautiōibus ex vna parte ⁊ dñs Bar.ex alia cōpꝛomiſerunt in
quoſdā amicos cōe ſuꝑ dicta domo dantes illis plenā poteſtatē p̄ſti-
tis etiam fideiuſſoꝛibꝰ pꝛo obſeruātia laudi qui arbitratoꝛes auditis
partibus in hunc modū arbitrati ſunt:vcʒ ꝙ dictus dñs.B.teneatur
⁊ debeat dare:ſoluere:⁊ numerare,floꝛenos quadringētos denarioꝛuꝫ
hinc ad mediū mēſem Auguſti pꝛo quibꝰ pecunijs dictus dñs Bar-
tholo.dederat in pagamētū dictam domū dicte mulieri ꝓ illo nepo-
te.Et ꝙ dicta domus remaneat libera ⁊ expedita penes dictum dñm
Bartho.⁊ in caſu quo dicta ſolutio nō fieret fuit regreſſus reſeruatus
cōtra fideiuſſoꝛes,vt in ipſo laudo plene cōtinet᷑.Finaliter dicta do-
mus fuit trāſlata in quendā tertium:tum ex obligatiōe dicti domini
Bartho.tū ex facto curie interponētis pꝛimū ⁊ ſcōm decretū a quo
qdē tertio poſſeſſoꝛe pater dicti nepotis p̄moꝛtui ſuperuiuēs nitit᷑
domum illam reuocare dicens ad euꝫ tanqȝ ad heredem ſibi pertine
re:cum filio fuerit data in ſolutum ⁊ pagamentum pꝛo dictis quadri
gentis floꝛenis ſibi legatis.Nec habet obſtare compꝛomiſſum ⁊ lau-
dū inde ſecutū:qꝛ cū dictꝰ dñs Bartholomeus fuerit religioſus nō
potuit cōpꝛomittere nec ad aliquid ſe obligare ſine licentia ſui pꝛela
ti.Et aduertendum ꝓ intellectu materie qđ dictus dñs bartho. fuit
ꝓmotus in abbatē bis ⁊ tandem ſine aliqua abbatia exiſtens admi-
niſtrabat pꝛedicta bōa extra monaſteriū ſciente ſuperioꝛe ⁊ nō cōtra
dicente.Nunc queritur an pꝛedictus pater vel alius cui ius ſuū ceſſe-
rat valeat dictum compꝛomiſſum pꝛedicta ratiōe infringere ⁊ tali p̄-
textu domum a tertio poſſeſſoꝛe reuocare.

¶Conſilium.xliij.

1 ☞Bona ſi relicta fuerint cuidam monacho cū hoc ꝙ circa illa abbas non ſibi aliquam moleſtiam faciat quomodo intelligatur.
2 Monaſterij plena diſpoſitio ⁊ adminiſtratio ptinet ad abbatē ⁊ nō ad monachos.
3 Monacho ſi aliquid relinquatur ſub hac cōditione vt non acquiratur monaſterio an valeat tale relictum.
4 Abbas poteſt monacho dare licentiā plene adminiſtrādi certa bōa.
7 Taciturnitas habetur pꝛo cōſenſu vbi agitur de modico pꝛeiudicio.

Chꝛiſti eiuſqȝ matris glorio
ſiſſime pꝛeſidio inuocato ad deciſionē huiꝰ qōnis quo pꝛi
cipaliter ſunt examinanda.⁊ pꝛimo an valuerit relictū fa-
ctum dicto fratri Bartholomeo eo modo quo factum fuit.¶Secū
do pꝛeſuppoſita validitate an dictum compꝛomiſſum per eū poſtea
factū de iure valuerit.Circa pꝛimuꝫ animaduerto duo fuiſſe relicta.
¶Pꝛimo eñi dicta domina Katherina teſtatrix fecit dictū dominū
bartholomeum vſufructuariū omniū bonoꝝ ſuoꝝ.¶Scđo voluit
ꝙ ſi dictus barto.quē heredē ſub cōditione inſtituit deceſſerit in pu-
pillari etate ꝙ tunc de dictis bonis diſponatur ꝓut videbitur ⁊ pla-
cebit dicto fratri Bartho.⁊ adiecit ꝙ in caſu quo ꝑ dictū fratrē bar
tholomeum filium ſuū pꝛedicta bona nō poſſent diſtribui ⁊ oꝛdina-
ri ꝙ tunc bona deueniant ad fideicōmiſſarios ⁊c.vt.ſ.dictū eſt.vnde
videtur pꝛimo inſpectis dictis verbis teſtamenti ꝙ relictum valuerit
ſed ꝙ illud onus annexū vt bona deueniāt ad fideicōmiſſarios ſi illa
bona nō poſſent oꝛdinari ⁊ diſtribui pꝛout videbitur ⁊ placebit dicto
fratri Bartho.nō valuerit tāqȝ ꝯtra leges cuꝫ voluerit facere mona-
chum capacem pꝛopꝛietatis ⁊ attribuere ſibi poteſtatem diſponendi
bona ꝯtra ſubſtātialia monachatus.ad hoc facit qđ notāter poſuit
Bar.poſt gl.in.l.lucius.§.tres heredes.ff.ad trebel.vbi firmat hāc q̄-
1 ſtionem.†quidam reliquit certa bona cuidam monacho cū hoc ꝙ cir
ca illa abbas nō ſibi aliquā moleſtiaꝫ faciat,ꝙ ſi fecerit voluit ꝙ illa
bona deueniret in aliū.qrit᷑ an in caſu moleſtie ſit locus fideicōmiſſo:
glo.ſentit ibi ꝙ ſic:refert tñ quoſdam tenere ꝯrium.⁊ idē dicit Archi.
in.c.qꝛ ingredietibus.xix.q.vlti.ſed Bart.ibi dixit illos qui tenuerūt
ꝯrium verius dixiſſe:qꝛ illa cōditio vt abbas non faciat ei moleſtiam
eſt turpis cum ſit cōtra regulam monachoꝝ qua diſponitur vt mo-
nachi nihil habeāt:vt in.c.cum ad monaſterium.in fi.de ſtatu regu.
ideo nō valuit ſm eum tale grauamē appoſitū.ſed ſi eſſet tale relictū
qđ valeret in monacho vt ſi relinqueret᷑ pꝛo alimentis.qꝛ etiam ſeruo
poſſunt relinqui vt.l.ſeruos.ff.de ali.⁊ ciba.leg.tūc foꝛte ꝓcederet di-
ctum illius gl.Ita videtur in caſu noſtro dicendū ꝙ illud grauamen
vt bōa deueniant in fideicōmiſſarios ſi ꝑ dictū fratrē Bartholomeū
nō poſſent illa bona oꝛdinari ⁊ diſtribui habeatur pꝛo nō appoſito.
⁊ per cōſequens dicendum quod illa bona fuerunt acquiſita mona-
ſterio.Ex quo infertur ad ſcōm dubiū negatiue:ſcilicet vt compꝛomiſ
ſum factum per dictum fratrem Bartholomeum de dicta domo nō
valuerit,cum nō poſſit monachus cōpꝛomittere ſuper bonis acquiſi
tis monaſterio.vt in cap.qđ quibuſdā.de fideiu.⁊ qđ leg.⁊ no.in.c.con
2 tingat.de trāſac.†plenaria enim diſpoſitio ⁊ adminiſtratio monaſte-
rij ⁊ eius bonoꝛum pertinet ad abbatem:nō autē ad monachos ma-
xime ſingulares.vt in.c.nullā.xxviij.q.ij.⁊ in.c.edoceri.⁊ qđ ibi no.de
reſcri.Nec ob.ſi dicatur hec bōa fuiſſe relicta dicto fratri Bartholo-
meo:quia dico ꝙ relictum nō poteſt cōſiſtere penes perſonam mona
chi,ſed ꝑ eū ſit acquiſitio immediate monaſterio vt plene no.ꝑ Inn.
⁊ alios in.c.in pꝛeſentia.de pꝛoba.ſed his nō obſtantibus cōtrarium
arbitroꝛ in caſu noſtro dicendum.Et pꝛimo pōdero qđ bona nō fue-
rūt ſimpliciter relicta dicto fratri bartholomeo tāqȝ pꝛopꝛietario.ſʒ
per eum oꝛdināda ⁊ diſtribuenda vt ſibi videbit᷑ ⁊ placebit. quo caſu
valet relictum factum monacho cum cenſeatur quidam adminiſtra-
toꝛ ⁊ diſtributoꝛ bonoꝛum.vt in.c.religioſus.de teſta.lib.vj.Et quod
hoc fieri poſſit:adduco no.dicta eiuſdem barto.in aut.excipitur.C.d
3 bōis que libe.vbi queritur de hac queſtiōe.pone†quod aliquid relin
quatur monacho ſub hac cōditione vt non queratur monaſterio an
valeat tale relictum.Et videtur pꝛimo ꝙ nō quia cōtinet impoſſibi-
litatem ⁊ repugnantiā quandam.nā monachus nō poteſt habere ali
quid:ſed

quid:ſed totum eſt monaſterij.xij.q.j.nolo.⁊.c.nō dicatis.⁊ in authē. ingreſſi.C.de ſac.ſanc.ecc.vnde dicere qd̄ ſit monachi ⁊ non queratur monaſterio eſt ꝯdictio quedā in ſeipſo ⁊ quedā ꝑplexitas que habet vitiare legatū ⁊ cōtractū:vt.l.ſi titius.ff.de ꝯdi.inſti.⁊.l.vbi repugnātia.ff.de reg.iu.In cōtrariū cōcludit ibi Bart.dicēs ꝑdicta verba debere ita intelligi.relinquo monacho ſub hac cōditione vt nihil acquiratur monaſterio:hoc eſt qd̄ monaſteriū illud patiatur habere eo modo quo pōt ſcȝ conniuentibus oculis:ſicut dicimꝰ in ſeruo quod pōt aliqd habere conniuentibꝰ oculis dn̄i.vt.l.iij.ff.de manu.⁊ ſic nihil q̄raẗ monaſterio ſcȝ facti ⁊ ad hoc adducit tex.cū ibi not.in.d.l.lucius.§.tres heredes.Si ergo ſit impropriatio verborū vt relictum valeat.⁊ monacho acquiratur libera ſine proprietate adminiſtratio.pro quo ego adduco tex.no.iuncta gl.⁊ Inn.in.c.inſinuāte.ne cle.vel monac.ergo fortius debet valere relictum in caſu noſtro in quo verba relicta non ſapiunt proprietatem in monacho:ſed potius licitā adminiſtrationem ⁊ diſpenſationem.vnde pōderanda ſunt illa verba ꝓut videbitur ⁊ placebit dicto fratri Bartholomeo que ſonant arbitrium boni viri.vt probatur in.l.thais.§.ſororem.ff.de fideicom.libe.⁊ in.l.fideicōmiſſa.§.q̄ꝙ.ff.de leg.iij.no.in.c.de corpo.vi.⁊ plene per Bar.in ex-
4 trauaganti ad reprimendum.⁊ in.l.alio.ff.de ali.⁊ cib.leg.† Nā abbas poteſt monacho dare licētiam plene adminiſtrandi certa bona vt in d.c.religioſus.⁊ in.c.cum ad monaſterium.⁊.c.ij.de ſta.reg.⁊ qd̄ vtrobiqȝ not.probaẗ magis ſpecifice ⁊ ſingulariter in.d.c.inſinuante.iuncta glo.⁊ in hac conceſſione non requiritur expreſſus conſenſus ſuperioris:ſȝ ſufficit taciturnitas:⁊ qꝛ ſupioꝛ ſic eū habere illā adminiſtrationem videt ⁊ tacet.vt probatur in ſeruo.in.l.quam tuberonis.ff.de pac.⁊ in.d.l.iij.de manu.ſatis ſenſit Bart.in.d.auẗ.excipitur.vbi dixit ſufficere ꝙ monaſterium patiatur cōniuentibus oculis illū habere melioꝛi modo quo poteſt.ad idem qd̄ no.idem Bar.in.l.que dotis.
5 ff.ſol.mat.vbi per illā.l.quā turberonis dedit regulā generalē† ꝙ vbi tractatur de modico preiudicio taciturnitas habeẗ pro conſenſu.In caſu autem noſtro de nullo nedum modico monaſterij preiudicio tractabaẗ, imo erat opus pium prebere aſſenſum diſpoſitioni materne.arg.in.l.j.C.de ſacroſanc.eccle.⁊.xiij.q.ij.vltima voluntas.ergo taciturnitas ſuperioris debuit haberi pro conſenſu.Preterea ⁊ ſecundo vbicunqȝ monachus habet adminiſtrationem peculij obligatur abbas ex ꝯtibus monachi quatenus ꝑtitur peculiū:vt not.Inn.in.c.cum olim.de priui.facit qd̄ no.Bar.in.l.cōmunis ſeruus.ff.de ſtipu.ſer.ſicut dicitẗ in cōtractibꝰ initis per ſeruū,⁊ vt ibi no.ergo dictꝰ cōtractꝰ cōpromiſſi debet valere quatenꝰ patiẗ adminiſtratio dictorū bonoꝝ:ſecus aūt vbi monachus ſine omni adminiſtratione ꝯheret quo caſu abbas in nullo obligaẗ.⁊ hoc caſu loquantur iura in ꝯtrariū alleg.Item ⁊ tertio clariſſime quocunqȝ ſe vertat negotiū ꝓbatur tertiū poſſeſſorem ſe poſſe tueri aduerſus patrem dicti Bartholomei vel alteriꝰ cui ſua iura ceſſerūt.aut eñ dictum compromiſſum valuit:⁊ tūc caſus eſt clariſſimus,fuit enim per laudum diſpoſitum vt domus libere remaneret in totū penes dictū Bartholomeum ⁊ deficiente ſolutione quadringētorum florenorum reſeruatus fuit regreſſus aduerſus fideiuſſores:nō autē remanſit domus obligata:⁊ ſic nō poteſt vendicari domus ratione prime donationis inſolutū.Aut eñ dictū cōpromiſſum non valuit ex defectu poteſtatis prout allegaẗ qd̄ tñ negatur:⁊ tunc eodem morbo fortioꝛi laboraret illa donatio domus inſolutū facta.ſicut enim monachus non poteſt ſine ſuperioris autoritate cōpromittere:ita ⁊ fortius dare inſolutū nō poteſt:cū per illam donationē cōtingat alienatio quā indubie monachus facere nō pōt:imo nec ſolus abbas.xvij.q.iiij.in venditionibus.⁊.xij.q.ij.abbatibus.per compromiſſum aūt melioꝛauit cōditionē dictoꝝ bonorum:nec debet admitti pater allegando defectum ptātis monacho reſpectu cōpromiſſi:cum ⁊ ipſe fundet intentionē ſuā ſuꝑ illa donatione inſolutū facta ꝑ ipſuȝ monachū dūtaxat allegans eñ cōtraria nō eſt audiēdus.vt in.c.ſolicitudinem.de appel.⁊.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.preſertim cum ampliorem ptātem habuerit tpe cōpromiſſi q̄ donationis inſolutuȝ.cū primo caſu deceſſerat dictus Bartholomeus in pupillari etate.⁊ ſic fuerat locus ſubſtitutiōi de dicto fratre Bartholomeo facte.Scd̄o vero caſu adhuc viuebat dictus Bartholomeus heres ſub conditione inſtitutus.⁊ per cōſequens nullam poteſtatem prorſus alienandi dictam domū habebat.cū tūc eſſet merus vſufructuarius.Et idē per oīa dicēdū ſi illa bona quocūqȝ caſu fuiſſent aquiſita monaſterio.idē eñ eſſet defectꝰ ptātis vtroqȝ caſu.Et ex iure tertij pōt quis ſe defendere dūmodo ſit excluſiuū iuris actoris qd̄ cōtingeret in caſu.vt le.et no.in.l.cū ſeruū.C.de ſer.fugi.⁊ ibi ꝑ Cyn.pleniſſime per Bart.in.l.ij.ff.de excep.rei iudi.¶ Ex predictis omnibus concludo dictaȝ domū non poſſe a dicto tertio poſſeſſore reuocari ex defectu cōpromiſſi ⁊ ratione illius donationis inſolutū.Et rn̄ſio ad cōtraria ſatis patet per predicta.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Caſus in effectu talis eſt. Quidā Frāciſcus olim Petri de villa caſallis diſtrictus Prati piſtoriēſis dioceſis in poſtremo ſuo teſtō inter cetera heredē vniuerſalē inſtituit Nānē eius nepotē filiū olim Io.filij dicti teſtatoris poſt vero morteȝ dicti ſui heredis decedētis ſine filijs iure legati pro remedio aīe ſue reliquit ꝙ fieret vna capella in plebe ſancti Stephani de prato quā capellā habere voluit ⁊ mādauit pro dotibus ſuis ⁊ pro alimētando ꝑſbyterū ibidē inſtituēdū de ſucceſſore in ſucceſſorē in ꝑpetuū vnā petiam terre ſtadioꝝ.lij.vel circa poſitā in cōitate Prati ac diſpoſuit in dicto teſtō vt dicta petia terre in dotē data nō poſſit quoquomodo iure vel cā alienari in pignus dari vēdi donari vel ꝑmutari vel aliquo modo dominium trāſferri directe vel per obliquū ſubmitti. Et ſi fieret ꝯtrium voluit ꝯctum tūc ipſo iure eſſe nullum.Deniqȝ mortuo teſtatore dictus Nānes heres inſtitutus adiuit hereditatē ⁊ tandē ſine liberis decedēs condito teſtō reliquit iure legati dictam petiam terre cū ſuis pertinētijs dn̄e Thomaſie ſue matri q̄ poſt mortē filij ſui habuit poſſeſſionem dicte petie terre.qua habita fuit cōuenta ⁊ in iudicium vocata vigore teſtamēti dicti Franciſci qui dictam petiam terre legauerat pro dotibus capelle modo predicto. recepitqȝ libellū in iudicio liſqȝ fuit cōteſtata ſuꝑ dicta terra ſibi legata ⁊ poſt plurimos dies a die conteſtationis litis per eam facte denuntiauit heredi dicti Nannis iudicium ſibi motum ſuper terra:⁊ deniqȝ in cauſa procedēs ſniam ꝯtriā reportauit a qua appellauit ⁊ iterū ſuccubuit.Nunc vero dicta domina Thomaſia legataria inſtat aduerſus heredē dicti Nānis qui eſt clericus ⁊ minoꝛ curatorem habēs ſuo curatore in iudicio minime exiſtēte ⁊ narrando vtrunqȝ legatum ⁊ euictionē factā petit heredē cogi ad dādā ⁊ tradēdam dictā terrā.Queritur qd iuris multaqȝ alia narrantur in facto:ſed predicta in effectu ſufficere vidētur.

¶ Conſilium.xlv.

1 Legatum rei aliene coniuncte perſone factum valet.
2 Denūtiatio fieri pt̄ quolibet tpe dūmō nō fiat ꝑpe ipſaȝ ꝯdēnationē.
3 Impoſſibile reputatur qd̄ vnius facto ſolum explicari poteſt.
4 Res eccleſie poſſunt alienari pro redemptione captiuorū:niſi ſint date eo modo vt alienari non poſſint.

Chriſti eiuſqȝ matris ꝑſidio humiliter innocato.Videẗ primo dictā legatariam in ſua
1 petitione eſſe exaudiēdam† qꝛ legatū rei aliene ꝯiuncte ꝑſone factū valet:licet ignorāter fiat ⁊ teneẗ heres rē redimere,poteſt ⁊ legatario tradere.Si aūt nō pōt qꝛ dn̄s non vult vendere ſaltē competenti pretio tenetur ad eſtimationem:ad hoc qd̄ legiẗ ⁊ no.in.l.cuȝ alienā.C.de leg.⁊ inſtit.eo.§.non ſolum.ff.de lega.iij.l.non dubium.⁊ videẗ ꝙ a principio poſſit preciſe peti ipſa res legata.vt innuit text.in d.l.cum alienam.⁊ Bar.ibidē hoc no.in prin.licet gl.ſecundo videaẗ ibi dare aliam theoricā in petendo:ſed ꝓ primo facit ibi tex.⁊.l.iulianus.ff.de cōfeſ.⁊ qd̄ no.Bar.in.l.ſi ſeruū.prope finem.ff.de verb.obli.Nec ob.ꝙ dicta terra fuit ſemel ſibi tradita qñ cum fuerit ab ea legitime euicta poteſt tunc agere de euictione vt in.l.qui concubinam.§.ſi heres.ff.de leg.iij.⁊.l.ſi domus.§.de euictione.ff.de leg.j.⁊ ibi videtur caſus ꝙ ipſa res legata euicta pt̄ peti ex teſtō.Nec habet obſtare ſi di-
2 caẗ denūtiationē fuiſſe factā heredi poſt litē cōteſtatā:† qꝛ denuntiatio fieri pōt quolibet tēpore dūmodo nō fiat ꝑpe ipſam ꝯdēnationē.vt eſt tex.no.in.l.ſi rē quā.§.quolibet tpe.C.de euic.⁊ facit qd̄ ibi notat gl.ſi.Nec etiā.ob.ſi dicaẗ ꝙ fuit legataria ꝯtumaciter abſens tpe ſnie ⁊ ſic videaẗ ꝑ ſuā cōtumaciā cōdēnata nō debet habere regreſſum de euictione:vt.l.ſi ideo.ff.de euic.⁊.l.emptoꝛ fundi.C.eo.⁊.c.fin.de emp.⁊ ven.⁊ dico illud ꝓcedere qñ quis ꝑmiſit cauſam liquidari in abſentia ſua:tūc eñ videẗ magis cōdēnatus ex contumacia ſua q̄ ex iniuſtitia cauſe ideo nō hȝ regreſſum de euictione.Sed qñ oīa per prius fuerūt liquidata parte p̄ñte,lȝ tpe cōdēnationis fuerit abſens habet nihilominꝰ regreſſum de euictiōe:qꝛ tūc nō ex cōtumacia:ſȝ ꝓpter iniuſtitiā cauſe fuit cōdēnatus.ita ſingulariter dixit Bart.⁊ bñ in.l.ſi ſuperatꝰ.ff.de euic.aliā ſolēnē limitationē ad illa iura dedit Bal.in.l.res inter alios.C.qbꝰ res iudi.nō no.dicēs.ꝙ ſi ex inſpectiōe actoꝝ pōt apparere qd̄ abſens contumaciter iuſte ſuccubuit non habet nocere abſentia cōdēnati.in caſu aūt noſtro ſatis pt̄ apparere ꝙ iuſte dicta dn̄a Thomaſia ſuccubuit:qꝛ clare ptȝ illā petiā terre fuiſſe legatā ꝓ dotibus capelle illo Nāne herede decedēte ſine filijs.Nec poſtremo ob.ſi dicat vt in facto ſupponiẗ dictā dn̄am Thomaſiā debuiſſe appellare nō ad archiepiſcopū Florētinū ſȝ ad epȝ piſtorieñ.qꝛ a vicario foraneo appellādū eſt ad ipſum epm cōſtituentē cū officialis foraneus dicaẗ habere delegatā nō ordinariā.nec facit idē cōſiſtoriū cū epiſcopo ſicut vicariꝰ gn̄alis vt not.gl.in cle.⁊ ſi principalis.de ꝑſcrip.Inn.in.c.romana.de offi.ordi.li.vj.qꝛ rn̄deẗ ꝙ licet appellādum ſit gradatim.tñ ſi appelletur omiſſo medio ⁊ nō excipiaẗ valet appellatio.qꝛ hoc eſt de circunſtantijs nō autem de ſubſtantialibus appellatiōis:vt no.glo.⁊ cōiter docto.in.c.dilecti filij.j.de appella.facit quod no.glo.in.c.ij.de conſue.li.vj.in verbo officiali.¶ Sed his non obſtantibus que iudicio meo caſui noſtro non habent obſtare.contrarium arbitror preualere ſcilicet dictum heredem abſoluendū ab impetitione dicte domine Thomaſie.Moueor primo cōſideratiōe incōuincibili.vbicūqȝ eñ legatur res que iudicio principis dūtaxat alienari poteſt nō valet legatū nec debeẗ ipſius eſtimatio etiam ſi ſcienter fuerit factum text.eſt notus ⁊

3 notabilis.in.l.apud iulianū.in fi.ff.de lega.vbi habeṫ† qḋ illud quod vnius facto ſolū poteſt explicari reputaṫ impoſſibile.no.glo.in.l.continuus.§.cū quis.ff.de verb.ob.ꝛ Dy.in regula ſemel deo.de regu.iur.lib.vi.Bar.in.d.l.apud iulianū.Sed hec petia terre legata dicte dñe Thomaſie erat hmōi.ergo eſtimatio nō debeṫ.maior apertiſſime probaṫ in cle.q2 cōtingit de relig.do.poſt principiū.vbi diciṫ qḋ deputata ad certū vſum largitione fideliū nō pn̄t ad alium vſum deputari: ſalua ſemꝑ ſedis apoſtolice autoritate.Et maxime tex.ille ꝓcedit in caſu noſtro in quo teſtator nō ſolum deputauit illā terram pro ſuſtentatione capellani inſtituēdi in dicta capella:ſed etiā pro dotib⁹ ipſius capelle.dotes eñ debēt eſſe libere ꝛ nullo modo alienari.ad hoc qḋ legi.ꝛ not.in.c.j.de cenſibus.Quinimo in caſu noſtro teſtator ſtrictiſſime prohibuit alienationē ꝛ pignorationē:vt patet ex p̄dictis.que quidē ꝓhibitio vꝫ ꝛ multū operaṫ.vt eſt tex.not.in aut.de ali.ꝛ emphyt.
tis ex quibus ſolet vltro citroꝗ naſci obligatio.iſtud aũt debitũ vſu-
rariũ fuit ꝯctum ſolum ex parte vnius recipiẽtis lucrũ.Non obſtat ſi
dicatur ꝙ lʒ de ſocietate fuerit facta mentio:tñ poſtea fuerunt imme-
diate ſubſecuta v̉ba gñalia:vt ptʒ ibi:quacunꝗ rõne cauſa vel ti tulo
dico em̃ ꝙ verba gñalia ſpeciẽ ſequentia i actu liberatõis reſtringun-
tur ad ſpeciem precedẽtem:vt ſit ſenſus ꝙ ex quacunꝗ ratiõe,cauſa,
vl' titulo vnus eſſet obligatus alteri occaſione.ſ.ſocietatis de qua pre
miſerat.nam cum agatur de preiudicio dicti Antonij dʒ fieri ſtricta in
terpretatio cum non preſumat̃ quis iactare ſuũ.l.cũ de indebito.ff.de
proba.⁊.c.ſuper hoc.de renun.⁊ fienda eſt interpretatione in dubio cõ
tra dictũ Marianum qui fundat ſe ſuper illa cõfeſſione ⁊ quittatiõe:
vt in.l.veteribus ⁊ qd̃ ibi eleganter no.Bart.ff.de pac.⁊ pro predicta
interpretatione,† ꝙ verba gñalia debeant reſtringi ad ſpeciẽ precedẽ 4
tem ex quo ſalua rõne recti ſermonis fieri põt videt̃ tex.i.l.ſi ex pluri-
bus.ff.de ſolu.⁊ ibi per Bar.⁊ plenius p eũ in.l.ſub pretextu.C.de trãſ
act.de hoc plenius in.d.l.aurelio.§.caius.de lib.leg.⁊ qd̃ verba hãc re
ſtrictionem patiant̃ probant verba poſita i ver.quã propter.ibi.Gene
raliter liberauerũt ⁊ quittauerũt ab omnibus ⁊ ſingulis predictis.Et
ponderanda ſunt illa verba vltima ab oĩbus ⁊ ſingulis predictis que
reſtringunt aperte verba gñalia p̃cedẽtia ad idẽ verba ibidem ſequen-
tia ibi.Et gñalem finem quittationẽ:liberationem:⁊ abſolutionem:⁊
pactum de vſuris aliquid de predictis vlterius nõ petendo inuicẽ ⁊c.
Et põderanda em̃ ſunt illa verba.Aliquid de predictis ⁊c.Et ſic nõ
eguerunt facere gñalem finem ⁊ quittationem de quibuſcũꝗ debitis
alias non appoſuiſſet illa verba.Aliquid de predictis ⁊c.Preterea
vbicunꝗ verba ſunt obſcura vt in caſu noſtro:qꝛ generalitas parit ob
ſcuritatem.l.ita fidei.ff.de iure fiſc.attendi dʒ id quod eſt veroſimili⁹:
⁊ quod plerũꝗ fieri conſueuit:vt in.l.i.obſcuris.⁊ in.l.ſemper in ſtipu
latiõibus.ff.de reg.iur.⁊ in regula inſpicimus in obſcuris de regu.iur.
lib.vj.ſed cum dictus Marianus per ſe exegiſſet partẽ de illis vſuris
⁊ prouiſionibus:non eſt veroſimile ꝙ in diſſolutione ſocietatis vſu-
ras reſtituiſſet.nam vt dixi illa prima quittatio non fuit gratuita libe
ratio:imo fuit dictus Antonius confeſſus ſibi ſolutũ ⁊c.non em̃ ſo-
lẽt homines hodie maxime mercatores q credunt ꝯctus eorũ eſſe lici
tos ſponte reſtituere vſuras ⁊ male ablata cũ vix poſſint induci ad re-
ſtituendũ poſt mortẽ.vt in.c.ij.de vſur.li.vj.⁊ cle.vnica.e.ti.nec eſt vero
ſimile ꝙ ita incontinenti ſe correxerint ſine aliqua repetitiõe.arg.in re
gula.ſemel malus.de reg.iur.lib.vj.⁊.l.non ad ea.ff.de condi.⁊ demon.
cũ ſimilibus.Item in diſſolutione ſocietatis ſolent ſemp ſocij facere ſi
bi mutuo ⁊ viciſſim dictas cõfeſſiones recognitiones ⁊ liberationes
⁊ quittationes:ergo ita dʒ dicta confeſſio ⁊ liberatio intelligi non au
tem debet extendi ad id qd̃ veroſimiliter non fuit cogitatum:cũ igno
rãs non preſumat̃ donare.vt in.l.nec ignorans.C.de dona.facit.l.tres
fratres.ff.de pac.imo dict⁹ Antoni⁹ dubitabat an dict⁹ ꝯctus ſeu cõ-
poſitio eſſet vſuraria cum fuerit ſub velamine dictum vt fieret ſolutio
ad vſum ⁊ cõſuetudinem mercantie:⁊ ſic in quittatione gñali nõ eſt ve
roſimile ꝙ de illo debito qd̃ nõ credebat fore debitũ cogitaſſet:vt ptʒ
iuribus ſupra allegatis.Preterea cum conſtet de peccato dicti Iaco-
bi ⁊ Mariani oportet ꝙ clare oſtendat̃ de ſatiſfactione:quia peccatũ
non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.vt in.c.cum tu.de vſur.⁊ in re-
gula peccatum.de regu.iur.lib.vi.Dicta autẽ quittatio clare non oſtẽ
dit de ſatiſfactione.ergo debet compelli ad ſatiſfaciendum cum dubia
probatio non releuet probantem.vt in.c.in preſentia.de prob.preſer-
tim vbi tractatur de animarum ſalute.nam debet tunc fieri interpreta-
tio in partem mitiorem per quam euitatur anime periculum:licet illa
ſit durior:vt in cle.exiui de paradiſo.vt de ver.ſi.⁊ in.c.iuuenis.de ſpõ
ſa.⁊ eſt bona glo.in.c.vnico.de ſcruti.in or.fa.Et hec eſt bona conſide
ratio in materia noſtra.¶Ex his infertur ad deciſionem tertij dubij
an ſaltem vigore ſecunde quittationis dictus Antonius ſit a dictarũ
vſurarũ repetitione excludẽdus.⁊ profecto credo dicendum quod nõ
ex rationibus multificarie facit in precedenti dubio.tamen quia pre-
ceſſerat contentio ſuper quibuſdam diſcordijs duntaxat ⁊ nulla de di
ctis prouiſionibus ⁊ vſuris fuerit habita contẽtio:ideo verba genera
lia ſequentia debẽt reſtringi ad contentionem ſpecialẽ.ar.in.l.licet.C.
de iudi.⁊ qd̃ notatur in.d.l.ſub pretextu.⁊ per glo.in.c.j.de tranſactio.
tum quia verba obſcura debent reſtringi ad id qd̃ eſt veroſimilius:⁊
plerunꝗ fieri conſueuit tum qꝛ vterꝗ credebat illam cõuẽtionẽ nõ cõ
tinere pactum vt p̃dixi.⁊ ſic ad incogitata non põt dicta liberatio ex-
tendi:quia ignorans nõ donat.d.l.nec ignorans.⁊.d.l.tres fratres.cũ
ſimi.Item qꝛ tractatur de anime periculo:debet ergo fieri interpreta-
tio in mitiorẽ partem licet durior ſit vt ſupra plene dixi.⁊ per has ꝯſi
derationes tollitur id qd̃ no.Bar.in.d.l.aurelius.§.caius preal.proce
dit em̃ gñaliter ⁊ vtriuſꝗ ſit gñalis liberatio nulla ſpecie precedẽte.⁊
conſiderationis predicte non concurrũt.alias ſecus vt dixi in dubio
precedenti.¶Preterea ⁊ vltimo apertiſſime tollitur dicta quittatio
⁊ liberatio ſi tenemus opinionẽ quorũdam theologorũ ant Dyn.in
regula peccatum.de reg.iur.lib.vj.tenuerunt enim iſti ꝙ vſurarum re
miſſio ⁊ liberatio non tenet niſi pecunia p vſurariã prauitatem extor-
ta offeratur ipſi debitori eidemꝗ creditori vel ſaltem ſm Dy.ſit pecu
nia parata reſtitutioni:tunc em̃ videtur reſtituta ⁊ breui manu reddi-
ta:⁊ ſic ſatiſfiat illis verbis.peccatũ non dimittit̃ niſi reſtituatur abla
tũ.reperit̃ em̃ reſtitutio:⁊ ſic debet fieri repoſitio pecunie in priſtinum
ſtatum ſaltem ficte.vt.l.cum pretor.⁊.l.reſtituere.ff.de verb.ſig.ſed in

caſu noſtro pecunia iam extorta nõ fuit oblata ipſi Antonio nec ſaltẽ parata eſt reſtitutioni, imo de ipſa nõ cõtẽdebat, ergo illa quittatio et liberatio non valuit quo ad liberationem vſurarum reſtituendarum. ⁊ hoc eſt indubitandum tenendo alteram illarum opinionum. Si aũt teneamus opinionem Jo. and. quã poſuit in gloſſ. ſua in dicta regula peccatũ. ⁊ Fede. de ſenis conſil. xviij. ꝙ non requirat oblatio pecunie vel ꝙ ſit reſtitutioni parata, ſed ſufficiat liberalis ⁊ ſpontanea remiſſio non autem ſufficit extorta per metũ aut dolũ aut quolibet ingenio vt in dictis locis per eos no. adhuc idem in caſu noſtro videt dicẽduz nam ex illa generali qttatione que pceſſit vigore quarũdã differẽtiarũ nulla de dictis prouiſionibus vſurarijs mentione non habita poteſt dici ꝙ vſurarum remiſſio fuit liberaliter facta cum nulla fuerit ſpecialis mentio de illa habita, nec aliquis tractat⁹ ſuper remiſſione fienda preceſſerit. ¶ Et credo in hac materia poſſe attentari, vt ſub generali remiſſione ſeu liberatione nunquam veniat liberatio ſeu remiſſio vſurarum niſi ſpecialiter exprimatur, qꝛ cum habeat hec remiſſio ſpecialẽ naturam, vt patet ex predictis ⁊ latius notatis in locis preallег. Non debet hec remiſſio includi ſub generalitate cũ poſſet quis decipi ſub inuolutione verborũ, ⁊ ſic immineret animarum periculuz. Satis enĩ eſt tenere ꝙ proſit remiſſio vſurarũ abſq; eo ꝙ pecunia offeratur vel ſit reſtitutioni parata cõtra illas opiniones preallegatas nõ dz hec facultas extendi vt etiam comprehẽdatur ſub generalitate verborũ. ad predicta allego optimum ſimile. l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitum. ff. ſi qs cau
5 tio. † vbi habetur ꝙ generalis renuntiatio caſuum fortuitorum nõ valet in iudicijs, ſed oportet ꝙ ſpecialiter exprimantur. vnde nõ vz ibi tãtum genus ꝗtũ ſpecies. ⁊ dicit ibi Bar. cõmune eſſe, qꝛ ſtipulatio pretoria ⁊ iudicialis indicatur ſm mentem ⁊ equitatem pretoris qui nõ patitur aliquẽ decipi ſub inuolutione verborum. ita dicamus in propoſito noſtro cum tractetur hic de animarum periculis, ⁊ ſunt opiniones qualis debeat eſſe vſurarum remiſſio non debemus ſaltem dicere ꝙ veniat ſub generalitate ne quis decipiatur ⁊ incurrat anime periculum ſub verborũ inuolutione. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ caſus ſpecialis continetur in. d. §. queſitum. qꝛ dico ꝙ etiam caſus ſpecialis extendit propter rationis identitatem, vt no. glo. in. l. j. C. de cõdi. indeb. ⁊ videt tex. in. c. cum dilecta. de confir. vti. ⁊ preſertim vbi tractatur de animarum fauore debet fieri extenſio etiam iuris penalis. vt no. gl. in. c. ſciãt cũcti. de elect. lib. vj. ⁊ in. c. fin. eo. tit. ⁊ lib. Preterea videmus in ſimi
6 li, † qꝛ matrimonium habet ſpecialem materiam ab alijs obligationibus ⁊ requirit ſpontaneum ⁊ liberum conſenſum, vt in. c. cum locum. de ſponſal. diſpoſitum eſt in iure vt mandatum de contrahendo matrimonio non veniat ſub generali pcuratorio. ſed oportet ꝙ ſpecialiter exprimatur: vt probatur in. l. generali. ff. de rit. nupt. not. gloſſ. in. c. fina. de procurato. lib. vj. Item videmus quod caſus notabiles ⁊ not. digni. non veniunt ſub generalitate verborum niſi ſpecialiter exprimãtur, vt not. gloſſ. in cle. non poteſt. de procura. ⁊. c. qui ad agenduz. eo. titu. lib. vj. ⁊ que ſpeciali notatu ſunt digna niſi ſpecialiter exprimantur videntur eſſe neglecta vt in. c. ꝗuis. de preb. lib. vj. cum ſimilibus. Et hec ſufficiant. Nico. abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Punct⁹ qſtionis talis eſt. Quidam Nãnes Petri curſij de ſenis deceſſit nullo prius per eum teſtamẽto condito ſuperſtitibus ſibi dñabus Euageliſta ſorore carnali ⁊ Catharina filia ſpuria ipſius Nãnis defuncti, demũ apprehenſa hereditate per dictam dñam Euãgeliſtã tanq̃ pximiorem per lineã legitimam ipſa dña Euangeliſta ſeu alius pro ea maritauit dictam Catharinã cuidã Mattheo ⁊ p dotib⁹ ſuis aſſignauit ſibi florenos quadringentos, ⁊ in dicto inſtrumento dotis inter cetera dicitur ꝙ dicta dña Euangeliſta filia olim Petri curſij ⁊ heres dicti Nannis dedit ⁊c. Et demum ſubſicitur in dicto inſtrumento ꝙ dict⁹ Mattheus promiſit dictas dotes cũ antifacto reddere ⁊ reſtituere dicte dñe Catharine et cuidam Franciſco pſenti ⁊ recipienti pro dicta dña Euangeliſta aut cui de iure reddi ⁊ reſtitui debebunt in omnem caſum ⁊ euentum dotium reſtituendarũ ⁊c. Premoritur deniq; dicta Catharina relicto filio ex illo matrimonio. moritur demum dicta dña Euangeliſta ſuis filijs hered. b⁹ equaliter inſtitutis prius tñ diſpoſuit de quarta parte oĩm bonorum in quaſdã ex filiabus, ſicut ei licuit ex forma ſtatutorũ. Senenſium. ¶ Nũc ab alijs filijs ⁊ heredibus dicit dictã dñam Euãgeliſtam non potuiſſe illam quartam donare illis duabus filiabus, qꝛ iam de illa diſpoſuerat prius donando dotẽ dicte Catharine quã nõ tenebat dotare cũ eſſet filia ſpuria dicti Nannis. ⁊ ſic videt donaſſe de ſuo pſertim cum in inſtrumento nõ dicat ꝙ hec fuerit tanq̃ heres lz nuncupet heres. Ex parte filiarũ dicitur contrarium. Queritur quid iuris, ⁊ an dos illa debeat remanere apud dictum Mattheũ cũ filius communis iam ex illo deceſſerit.

¶ Conſilium. cxv.

1 Dos dicitur legitima ſm conditionem mulieris.
2 Pater poteſt filio ſpurio relinquere pro alimentis vſq; ad quantitatem ſufficientem.
3 Mulier ſi maritatur a patre, ⁊ dos ab ipſo patre proficiſcitur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos de iure communi redit ad patrem.
4 Pater ſi vult ꝙ relictũ ſeu datuz cauſa mortis tranſeat in filios ſpurij ſeu ſpurie qualiter debeat dicere.

Jeſu Chriſti eiuſq; pijſſime matris preſidio humiliter inuocato. Videt primo attingẽdum primũ dubiũ ꝙ dicta dña Euangeliſta non potuerit diſponere de ſua quarta parte in illas ſuas filias prout ſibi ex ſtatuto Senenſis permittit obſtãte illa dotis aſſignatiõe quã prius fecerat dicte catherine: qꝛ aſſignãdo illi dotem quam nõ habebat in ptãte videtur iuris interpretatiõe dotem illam donaſſe dicte Catherine. vt in. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. ergo nõ potuit poſtea de ĩtegra quarta diſponere cuz iam libere prius diſpoſuerat de quadringẽtis. ¶ Nec obſtat ꝙ in dicto inſtrumẽto nũcupet heres dicta dña Euãgeliſta: qꝛ per hoc non infert ꝙ fecerit vt heres. cum illa ſint verba pure enuntiatiua que nõ inducunt diſpoſitionẽ: vt in. c. ſi papa de priuil. lib. vj. ⁊ in cle. ſi ſumm⁹ pontifex. de ſentẽ. excõ. preterea eſto ꝙ videatur feciſſe vt heres tñ ex quo heres non tenebatur illud facere videtur donaſſe. argu. in. l. campanus. ff. de operis lib. ⁊ in. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. facit. l. cum de indebi. ff. de prob. Quod aũt tanq̃ heres nõ teneretur dotare patet: qꝛ nec ipſe defunctus tenebat nec poterat etiã ſi voluiſſet cũ eſſet filia ſpuria nata. ſ. ex damnato coitu de iure ciuili: vt in auf. ex complexu. C. de inceſtis nuptijs. ¶ Sed his non obſtantibus arbitror ĩ hoc caſu ſic de iure dicendum ꝙ dicta domina Euangeliſta tenebat tanq̃ heres dicti Nãnis alere dictã Catharinã qꝛ licet de iure ciuili non tenetur etiã defunctus. vt in. d. auf. ex complexu. ſec⁹ tamẽ eſt de iure canonico cui ſtatur in hoc tanq̃ fundato ſuper equitate naturali. vt habetur in. c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. vt etiam tenent communiter legiſte. maxime Barto. ⁊ Bald. in. d. auf. ex cõplexu. vnde quemadmodum tenebatur defunctus: ita ⁊ heres obligatur qui ſuccedit in locum defuncti: ad hoc bonus tex. ĩ auf. licet. C. de naturali. liberis. ⁊ quod ibi no. maxime per Bald. ſi autem tenebatur alere. vt ſupra probatum eſt: ergo etiam dotare cum cauſa dotis nõ ſit minus fauorabilis q̃ alimentorum cauſa: imo magis vt no. Cy. in. l. non omni. C. de admini. tu. ⁊ glo. ⁊ Bar. in. l. cum plures. ff. eo. titu. ⁊ in caſu noſtro firmauit Bar. in. l. ſi gener. ff. de his qui. vt indi. ⁊. in. d. auf. ex complexu. ⁊ idem ibi Bald. Attamẽ dico ꝙ dãdo dotem nõ debet ex
1 cedere modum alimẽtorũ ſeu ꝗtitatem dotis prout conueniebat filie ſpurie. † dos enĩ dicitur legitima ſm cõditionem mulieris ⁊ facultas matrimonij. vt in. l. filie. ff. de lega. ij. ⁊. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure do. Si ergo exceſſit illã ꝗtitatẽ que veroſimiliter ſibi debebat habito reſpectu: qꝛ erat ſpuria: ⁊ qꝛ pater non erat ditiſſimus homo nec magni generis: videt illã ꝗtitatẽ dediſſe de ſuo quaten⁹ dico exceſſit debitũ modum. arg. optimũ in. l. ſancimus. C. de don. ⁊. xij. q. ij. in. c. ſi quos. de ſeruis. ⁊ hoc videt fuiſſe de mẽte Bar. in. l. gener. prealleg. ⁊ in. d. autẽ. ex complexu. ⁊ in. l. fi. §. ſi a genero. de his q̃ in frau. credi. ⁊ illa ꝗtitas in qua exceſſit debet cõputari in quarta ipſius domine Euangeliſte: ſi aũt in nullo exceſſiſſe videt hoc feciſſet tanq̃ heres ⁊ ſic nil. de ſuo donaſſe. ⁊ per ꝯſequẽs potuit poſtea diſponere de integra quarta bonorum ſuorum. Quod aũt hoc videatur feciſſe tanquã heres ⁊ nõ ſpõte de bonis proprijs probo primo ex eo: quia ibi nominatur heres. naz ſi nõ feciſſet vt heres illud verbum fruſtra fuiſſet ibi appoſitum quod nõ eſt dicendũ. arg. in. c. ſi papa. de priui. lib. vj. l. ſi quando. C. de inoffic. teſt. cum verba debeãt aliquid operari vt ibi. Preterea vbicunq; fit mẽtio de aliqua qualitate in aliqua diſpoſitiõe que habet alterare illã diſpoſitionem videtur illud factum vigore illius qualitatis. ad hoc tex. optimus cũ ibi no. maxime per Bart. in. l. pe. C. de iure delib. vbi patet ꝙ ſi aliquid relinquat filio ⁊ fit mentio de patria ptãte videt ſibi relictũ cõtemplatione prĩs: qꝛ rõne patrie ptãtis acquirit filius ipſi patri. Ita ad propoſituz cũ tanq̃ heres teneretur dotare: vt ſupra dixi ſi dixit in actu donationis ſe heredem videtur hoc feciſſe tanquã heres ex legitima obligatiõe. ad idem facit optime quod legitur ⁊ notatur in. l. cum poſt mortem. ff. de admini. tut. vbi ſi tutor promiſit dotem vel curator pro puella videtur in dubio promiſiſſe de bonis ipſius puelle: nõ aũt de proprio ex quo bona illa adminiſtrabat. ad idẽ. l. fi. C. de dotis promiſ. vbi idem probat in quolibet adminiſtratore ⁊ negotiorũ geſtore: vt in dubio videat ſoluiſſe dotẽ de bonis mulieris nõ aũt de proprio. pro hoc facit qꝛ in dubio nõ preſumitur quis velle donare ſuũ cũ donare nil aliud ſit q̃ perdere. vt in. l. filiuſfa. ff. de dona. facit. l. cum de indebi. ff. de proba. ⁊ preſertim hoc dicendũ in caſu noſtro ĩ quo põt fieri interpretatio vt dos nihilomin⁹ fuerit debita ⁊ dicta domina Euangeliſta in ſuis iuribus conſeruet. ar. optimũ. ex his que no. gl. in. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ⁊. c. cũ inter. p. ⁊. c. ſuper hoc. de renũtia. cum ſimili. ⁊ hoc quo ad primum dubium. ¶ Quo ad ſcdm vero apud quẽ. ſ. nunc debeat remanere dicta dos poſt mortẽ dicte Catharine videtur pmo ꝙ apud dictũ Mattheũ maritũ dicte Catharine nõ ex perſona Catharine: ſed cõis filij: quia poſt mortẽ catharine ſucceſſit filius communis ex illo matrimonio in dote. nam dos cẽſetur patrimonium mulieris. l. iij. ff. de mino. facit. l. pomponius philadelphus. ff. famil. herciſ.

In bonis

In bonis autem maternis ab inteſtato ſuccedit filius.vt in aut.i ſuc
ceſſione.C.de ſuis ⁊ legi.⁊ in corpore vnde ſumitur.de here. q̃ ab inte
ſta.defe.§.j.⁊.C.ad orficia.per totũ.Filio aũt ſuccedit ipſe Mattheus
pater:vt in autentica defuncto.C.ad tertul.⁊ in corpore vnde ſumitur
in auten.de hered.que ab inteſta.defe.§.cõſequẽs.⁊.§.in hoc quidem.
¶ Sed profecto illud puto dicendũ in caſu noſtro:predicta enim pro
cedũt in dote q̃ eſt pure ipſius matris ſed dicta dos non fuit iure ipſi⁹
Catharine.Nã vt predixi cum eſſet ſpuria nihil de iure ciuili poterat
cõſequi a patre vel ipſius herede.vt in.d.aut.ex complexu.ſed ſolum
ex diſpoſitiõe iuris canonici poterat habere neceſſaria ad vitam ⁊ ad
hoc poſſunt parẽtes compelli,vt in.d.c.cum haberet.⁊ per cõſequens
ipſorum heres.arg.in.d.anthen.licet.C.de natu.lib.vt predixi ſicut de
bẽtur alimenta:ita dos cum non ſit minus fauorabilis:imo magis vt
ſupra dixi.Data fuit ergo in caſu noſtro dos loco alimẽtorũ cum f..e
rit data ab herede defuncti ꝑ rationes ſupradictas.mortua ergo dicta
Catharina debet dos redire ad dictam dominã Euãgeliſtã ſeu ei⁹ he
redes ſicut debuiſſent redire alia bona ſimpliciter data ꝓ alimẽtis.Nã
alimẽta debẽtur ſolũ in vita ⁊ finitur cauſa alimẽtorum morte.vt in.l.
mela.ff.de alimẽ.⁊ cib.leg.⁊.l.cũ hi.§.ↄſtat.ff.de trãſac.⁊.l.hereditatũ.
ff.ad.l.fal.⁊ ꝓ hoc optime facit tex.in.d.c.cũ haberet.in fi.vñ iſta obli
gatio cauſat.mãdat enĩ ſolum neceſſaria ſubminiſtrari.neceſſitas aũt
ceſſat morte ⁊ hoc profecto videtur fuiſſe de mẽte Bar.in locis preal
leg.⁊ primo in.d.aut.ex cõplexu.C.de inceſt.nup.vbi dicit ſe ↄſuluiſſe
2 per.d.c.cũ haberet.† qđ vſqȝ ad quãtitatẽ ſufficiẽtem pro alimẽtis po
teſt pater filio ſpurio relinquere ⁊ eodẽ modo filie ſpurie pro dote ſua
qꝛ ſine aliqua dote non põt ali nubere.Item expreſſ ius cenſit in.d.l.
fi.§.ſi a ſocero.vbi dicit qđ ſi filia ſpuria fuit maritata a patre non po
teſt dos repeti ab heredib⁹ patris ab ipſo marito:qꝛ habet eam ex ti
tulo oneroſo.ſed poſtquã ad mulierẽ eſt reuerſa poteſt reuocari:qꝛ ha
bet ex donatiõis titul.ſpurie aũt nõ põt donari.l.j.C.de natu.li.⁊ hoc
dicit verum:niſi quatenus de iure canonico filius vel filia deberet ha
bere pro alimentis.vt in.d.c.cũ haberet.Nec obſtat ſi dicat ꝙ ſecũduȝ
hoc filius nil habebit ex bonis maternis:qꝛ hoc nõ ẽ abſurdũ ſi mater
nil habeat.finge enim ꝙ mater fuiſſet ducta ſine dote:certe ĩ nullo ſuc
cedit:ergo vxor debet tunc alimentari ex bonis mariti.vt not.Innoc.
in.c.per veſtras.de dona.inter virũ ⁊ vxo.facit tex.⁊ qđ ibi no.ĩ.l.ſi cũ
3 dotẽ.§.ſi aũt in ſeniſſimo.ff.ſol.mat.† Preterea vide illud ſimile ma
gis propinquũ ſi mulier maritat a patre ⁊ dos ab ipſo patre proficiſ
citur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos de iure
cõi redit ad patrẽ:nõ autẽ ad liberos mulieris defuncte:lȝ aliud ha
beat ↄſuetudo.vt eſt tex.ſcđm cõeȝ intellectũ.in.l.dos a patre ꝓfecta.
C.ſo.matri.⁊ plene examinat Bar.⁊ ita demũ cõcludit ĩ.l.poſt dotẽ.ff.
ſol.matri.fortius ergo in caſu noſtro nõ debuit dicta dos tranſire ĩ fi
liũ cum ſolũ loco alimẽtorũ a iure permittit.cauſa aũt alimẽtorum ex
pirat morte:vt.ſ.dixi.⁊ qđ hoc fuerit de mente Bar.allego.no.in.l.fi.
ff.de his quibus vt indig.in ver.quero vtrum ſit alius modus.in ſecũ
da col.vbi dicitur qđ filio ſpurio vel ſpurie põt relinq aliqđ ꝓ alimen
tis.Itẽ pro dote dũmodo nõ excedat modus ĩ relinquẽdo:qꝛ tũc pſu
4 meret fraus.in.l.j.C.de natu.lib.⁊ ſentit† qđ ſi pater vult vt relictũ ſeu
datũ cauſa dotis tranſeat in filios ſpurij vel ſpurie debet pater ſic dice
re relinquo talẽ fundũ titio filios meos pro alimẽtis ĩ vita ſua poſtea
remaneat filijs ipſius ſpurij.nã vt ipſe dicit filijs ipſius ſpurij põt pa
ter relinquere:de quo dicendũ vt plenius legit ⁊ notat in.l.fi.C.de na
tu.libe.⁊ ſic aperte vult ⁊ bene qđ ex perſona patris ſpurij nõ poſſunt
filij lȝ legitimi aſpirare ad relictũ factũ ipſi ſpurio ꝓ alimentis:qꝛ vt
predixi cauſa alimentorũ finitur morte:ſȝ opȝ vt capiãt ex diſpoſitiõe
reliq̃ntis ſeu dotãtis qđ fieri põt.d.l.fi.Sȝ ĩ caſu noſtro hoc nõ fuit di
ctũ a dicta domina.Euangeliſta.qđ ſi fuiſſet dictũ videret donaſſe fi
lijs illius ſpurie de ſuo:imo dixi oppoſitũ.Nã voluit ⁊ iſta ſtipulari fe
cit ſuo nomine quod dictus Mattheus reſtitueret dotem ipſi cathari
ne ⁊ illi Frãciſco recipienti pro dicta domina Euãgeliſta aut cui de iu
re reſtitui ⁊ reddi debebit ⁊c.iſta enim ſunt verba formalia illius inſtru
mẽti:ſed de iure debet reſtitui ipſi dñe Euangeliſte vel ſuis heredib⁹:
qꝛ ceſſat cauſa alimentorũ:vt no.in iurbus ſuperius alleg. ¶ Quare
ex omnibus predictis cõcludo qđ dicta dos nõ dȝ remanere apud di
ctum Mattheũ ſed redire ad heredes dicte domine Euangeliſte qua
tenus hoc fecit ex neceſſitate tanq̃ heres.vt.ſ.dixi.qꝛ tũc mere ſucce
dit in loco alimentorum. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.cxvj.

1 ☞ Pater ſi inſtituit filium in aliqua re minus quam legitima põt fi
lius petere ſupplementum.
2 Pactũ de nõ ſuccedẽdo patri aut filio valet quando tantũ quis perci
pit quantum ſibi debetur occaſione ſucceſſionis.
3 Cõpromittere quis non põt in partẽ aduerſam tanquã in arbitrum.

Omnipotẽtis dei poſtulato
ſuffragio.Illud de iure queritur.Utrum viſa remiſſiõe fa
cta per Antoniũ cõlũbini in nardum patrem ipſius Anto
nij in merotium marianiſnicaletis:ac laudo inde ſecuto per dictũ Ne
rotium de conſenſu dicti nardi alias nõ contradicẽte dicto Antonio
ac donatione poſtea ſubſecuta per dictum Nardum perſonam dicti
Antonij filij ſui predicti valeat dictus Antonius preſertim poſt mor
tẽ dicti Nardi patris ſui aliquid petere in bonis ſeu de bonis dicti pa
tris ſui occaſione ſue legitime.Et primo videtur qđ poſſit petere legi
timã ſuã ſaltẽ poſt mortem dicti Nardi patris ſui quoniam filius non
poteſt excludi ⁊ priuari hereditate paterna ſine cauſa legitima alias te
ſtamẽtum patris eſſet nullũ.vt aut.vt cũ de appel.cog.§.alind quoqȝ
capitulũ,⁊ legitur ⁊ notatur in.l.filio ꝓterito.ff.de iniuſt.rup.⁊ irri.te
1 ſta.† Et ſi pater inſtitueret dictũ Antoniũ in aliqua re minus valente
quã legitima poterit petere ſupplementũ.vt in.l.omnimodo.⁊.l.quo
niam nouella.⁊.l.ſcim⁹.C.de inof.teſt.debet tñ cõferri quod pater ſibi
donauit.lȝ dixerit in premiũ emãcipatiõis:qꝛ illa eſt pura donatio nõ
autem facta ob cauſam legitimam qꝛ potius pater debet premiari a fi
lio quando ipſum emancipat quã ecõtra vt probatur in.l.cũ opȝ.§.cũ
autẽ.C.de bonis que lib.Et qđ talis donatio facta a patre in premiũ
emãcipatiõis debeat cõferri alijs filijs.firmat Bar.in.d.l.cũ opȝ.⁊.l.vt
liberis.C.de colla.⁊ videtur quaſi probari ibi ĩ fine litere.Nõ obſtat ſi
dicat qđ dict⁹ Antonius videt renũtiaſſe hereditati paterne in eo qđ
remiſit ſe iudicio pr̃is ⁊ dicti Nerotij ꝓmittẽs ſe fore cõtẽtũ illa parte
q̃ ꝑ illos ſibi deputabit ⁊ nũq̃ ampli⁹ aliquid ſe in bonis dicti Nardi
perriturũ:qꝛ pactũ de nõ ſuccedẽdo patri non valet.vt.l.pactum.C.de
pactis ⁊.l.pactũ.C.de col.nec obſtat ſi dicat qđ hic interuenit iuramẽ
tũ qđ hȝ conualidare tale pactum vt hodie ꝓbatur ĩ.c.quãuis pactũ.
de pac.li.vj.notãt doc.iuris ciuilis in.d.l.pactũ.⁊ in.l.ſi quis pro eod.
ff.de fideiuſ.⁊ in.l.ſtipulatio hoc mõ cõcepta.ff.de vb.ob.⁊.l.fin.C.de
pac.Quia ad hoc põt reſpõderi dupliciter.Primo qđ iuramentum
nõ extenditur ad caſum noſtrũ:quoniã dictus Antoni⁹ cõpromiſit in
patrẽ ⁊ Nerotiũ:⁊ iurauit ſeruare qcqd ipſi circa hoc diſponerent.De
mũ nõ ambo ſed ſolus Nerotius laudauit:vt in certis bonis ſibi dan
dis a patre eſſet cõtẽtus.⁊ ſic iuramẽtum cum ſit ſtricti iuris nõ dȝ ad
iſtum caſum extendi.vt in.c.penul.de iureiur.licet dictus nerotius di
xerit ſe hoc ſolũ feciſſe ex cõmiſſione dicti Nardi:qꝛ videtur ꝙ Nard⁹
nõ potuerit hoc remittere in perſonam illius tm̃:qꝛ a perſona arbitra
toris ſeu arbitri nõ dȝ recedi cũ videat electa legalitas ⁊ fiducia perſo
ne.vt in.l.ſi qs arbitratu.⁊ qđ ibi no.ff.de v.ob.⁊.l.ſi merces.ff.loca.cũ
ſimilibus.Preterea ⁊ ſecũdo dictus Nardus illa bona contulit dicto
Antonio filio ſuo nõ pro parte ipſum ↄtingẽte nec vt ſatiſfacere lau
do prius lato:ſed pure ⁊ ſponte in premium emãcipatiõis.⁊ ſic dona
uit ob alterã cauſam quã fuerit in laudo expreſſa vt patet in inſtrumẽ
to inde confecto:ergo nec laudum nec iuramentum in compromiſſo
appoſitum habet dictum Alotonium excludere ſucceſſione paterna.⁊
ſaltem in dubio debet fieri interpretatio pro dicto Antonio quia odio
ſum eſt filium excludi a ſucceſſione paterna:vt in.d.§.alind quoqȝ ca
pitulam.⁊ in.l.maximum vitium.C.de lib.prete.preſertim hodie cum
ſublata ſit differẽtia ſexus ⁊ patrie poteſtatis.⁊ in auten.defuncto.ad
tertul.⁊ in corpore vnde ſumitur.in aut.de here.que ab inteſt.defe.§.
ↄñs.⁊.§.⁊ hoc quidẽ.Itẽ qꝛ verba ſunt interpretanda cõtra dictũ nar
dum qui in dicta donatione potuit intentionẽ ſuam clarius exprimi,
vt in.l.veteribus.ff.de pac.⁊ in regula cõtra eũ.de reg.iur.lib.vj. ¶ Sȝ
his nõ obſtantibus que vere caſu noſtro minime preiudicare arbitror
cõtrariam ſententiã puto de iure veriorẽ.vcȝ qđ dictus Antonius nil
amplius poſſit propter voluntatem paternam ſibi vendicare in bonis
dicti Nardi patris ſui occaſione legitime ſue.Et ad hoc tenẽdum mo
ueor principaliter ex duplici capite quorum quodlibet ſufficere videt
2 ad ipſius cõcluſionẽ de per ſe.Et primo rõne nudi pacti.Nã pactum
de nõ ſuccedẽdo patri aut filio valet qñ tantum quis percipit.q̃tũ ſibi
debetur occaſione ſucceſſionis vt ſingulariter ꝓbatur ſm vnũ intelle
ctum in.l.j.§.ſi parẽs.ff.ſi qs a parẽt.fue.ma.⁊ hoc firmauit Bar.in du
plici loco.ſ.in.d.§.ſi parẽs.⁊ clarius in.l.fi.C.de pac.nec reperi illud di
ctũ ab aliquo reprobari:imo qđ valeat:facit qꝛ ceſſat ratio quare pa
ctũ annullat.nã ratio videt ne pro modico quis renuntiaret ſucceſſio
ni paterne:vñ voluit lex obuiare deceptionibus vt not.Bart.in.d.l.ſi
qs ꝓ eo.ff.de fideiuſ.Que quidẽ rõ ceſſat in caſu nr̃o cũ in facto mihi
preſupponebat ꝙ dictus Antoni⁹ tm̃ ꝑceperit quãtũ ſibi tũc deberet
rõne ſue legitime ⁊ poteſt dici ꝙ habuerit plus rõne tp̃is:quia habuit
illa bona in vita cũ nõ deberent ſibi niſi poſt mortẽ patris.vt in.l.j.§.ſi
impuberi arrogato.ff.de colla.bo.no.Bar.in eadẽ.l.§.nec caſtrenſe.⁊
in aut.ingreſſi.C.de ſacroſan.ecc.Excluditur dictus Antoni⁹ ex ſecũ
do capite clariori.ſ.ratione iuramẽti adiecti.nã iurauit ſe fore cõtentũ
illa parte bonoruȝ que ſibi daret ⁊ aſſignaretur per dictos Nardum ⁊
Nerotiũ ⁊ promiſit amplius nõ petere in bonis dicti Nardi:iuramen
tum tñ indubie habet hoc pactũ validare.vt in.d.c.q̃.de pactis.lib.vj.
⁊ tenent legiſte in locis ſuperius allegatis.Nec obſtat ſi dicat ꝙ iura
mentũ ſe non extendat ad hunc caſum.qꝛ dico ꝙ imo extendit ſi bene
verba dicte remiſſionis ⁊ donationis inde ſecute ad laudũ põderen
tur.Nam dictus Antonius ſolẽniter coram officialibus mercantie cõ
ſtitutus in preſentia patris ſui ⁊ de eius cõſenſu ⁊ autoritate aſſeruit
ſe non velle amplius ↄmorari cũ Nardo eius patre ⁊ volẽs ſe remitte
re in manibus ipſi⁹ Nardi ⁊ Nerotij qui dent ⁊ faciant ſibi illã partem
de bonis dicti Nardi q̃ placebit dictis Nardo ⁊ Nerotio om̃i modo

iure ⁊ forma ⁊c. libere ⁊ pure ſimpliciter remiſit ſe in dictos Nardū patrem ſuum ⁊ Nerotium dās ⁊ ꝯcedens dicto Nardo ⁊ Nerotio plenā licentiā ⁊ autoritatem ꝯcedēdi ⁊ dandi ipſi Antonio de bonis dicti Nardi totū ⁊ qcq̄d videbat̄ ⁊ placebat ipſis Nardo ⁊ Nerotio, ⁊ ꝓmiſit ⁊ ꝯuenit dictus Antoni⁹ dicto Nardo ſtipulāti ⁊c. vlteri⁹ nō petere de bonis dicti Nardi patris ſui ſed remanere tacitū ⁊ ꝯtētū parte q̄ ſibi fiet per dictos Nerotiū ⁊ Nardū ⁊ iurauit corporaliter tactis ſcripturis contra ꝑdicta nō venire ⁊c. vn̄ pōderādo diligenter omnia verba ſuperius recitata que ſunt formaliter verba inſtrumenti cōfecti ſuper dicta remiſſione nō habebant dicti Nard⁹ ⁊ Nerotius aliquid iudicialiter ſeu in forma iudicij iudicare, ſed ſolum per verba facti fuit hoc in eis remiſſum. facit qđ legit̄ ⁊ not. in. c. quintauallis. ⁊. c. veniēs. de iureiur. ⁊ in. l. ſocietatem. §. arbitrorū. cū. l. ſeq. ff. ꝓ ſocio. vn̄ dict⁹ Neratius fuit aſſumptus tanꝙ̄ bonus vir ⁊ amicus. vt in. l. iij. de arbitris. Nardus vero erat pars vnde poterat ſe impedire vigore remiſſionis ſibi facte. q2 pōt quis in partem aduerſam tanꝙ̄ in arbitratorem ⁊ bonum virū ſe remittere, vt in dictis. c. quintauallis. ⁊. c. veniens. ⁊. l. ſi libertus. ff. de operis liber. ſatis ergo eſt ad validitatē act⁹ vt appareat qualitercūqꝫ de iſtorū volūtate ⁊ placentia ſeu animorū iudicio cū vt dixi nō habeāt iſti iudicialiter iudicare nec corā eis poterat eſſe iudicium. vt no. Inn. in. d. c. quintauallis. aliter nō potuiſſet in dictū Nardū cōpromittere. † q2 tanꝙ̄ in arbitrū non pōt quis cōpromittere in partem aduerſam, vt in. l. pe. ff. de arbi. volūtas aūt alicuius exprimit̄ nedum verbis ſed factis, imo facta fuit forma ad declarandaꝫ tam voluntatem ꝙ̄ verba que ſepe ꝓferuntur contra intentionem ꝓferentis vt in. c. dilecti. de appel. ⁊. c. eſtimant. xj. q. iij. cū multis iuribus ibi allega. in gl. Nerotius aūt ſatis declarauit verbis intentionē ſuā laudādo expreſſe ⁊ exprimendo bona que deberent aſſignari dicto Antonio ꝓ ſua parte iuxta tenorem remiſſionis. Nard⁹ aūt approbauit nedū illđ laudū approbādo, ſed etiā factis. q2 pūctualiter aſſignauit dicto Antonio oīa laudata per dictū Nerotiū. ergo ſatis apparuit de voluntate ⁊ placentia dictorum Nardi ⁊ Nerotij in quos facta fuit remiſſio, vt dictus Antonius eſſet ꝓ ſua portione cōtent⁹ dictis bonis. ⁊ pro hoc optime facit qđ in ſimili no. Bar. in. l. cū pr̄. §. libertis. in fi. de leg. ij. ⁊ Bar. in. l. fili⁹. C. de pe. her. ⁊ Io. an. in regula qui tacet. de reg. iur. li. vj. in merc. Nec obſtat ſi dicat̄ ꝙ pr̄ donauit in p̄miū emancipationis, nō aūt vigore remiſſionis in eum facte ſue laudi precedentis vt patet ex verbis donationis, q2 dico ꝙ illa verba fuerunt appoſita per ignorantiam ex communi ſtylo eorum qui emancipant hodie filios credētes ꝙ ita ſit dicendum ⁊ faciendum. vt ſentit Bar. in. d. l. cū oportet. ⁊ l. vt liberis. ꝑalleg. Principalis aūt cā fuit vt illa bona aſſignarent̄ dicto Antonio ꝓ ſua parte titulo tn̄ donationis vigore illius remiſſionis ⁊ laudi inde ſecuti, qđ ꝓbo multiplici cōſideratione. Primo q2 cū filius eſſet in diſcordia cum patre, nec vellet amplius cū illo commorari vt ipſemet filius confeſſus eſt in preſentia officialium ⁊ inde fuit ſubſecuta illa remiſſio ſeu compromiſſum ⁊ expreſſe actum, vt ꝑ iſtos ſibi aſſignaretur certum quid de bonis dicti Nardi ꝓ ſua parte nō eſt veroſimile ꝙ pater voluerit ſimpliciter poſtea emācipare ⁊ illa bona ſimpliciter ſibi donare cū non ſit veroſimile ꝙ illico mutauerit intentionem ſuam, preſertim q2 coram dicto Nerotio quilibet eorum ſcꝫ pater ⁊ filius ſuam partem ⁊ iura ſua allegabat ⁊ ꝓponebat. ad hoc. l. nō ad ea. ff. de condi. ⁊ demonſt. preſumit̄ eñ quis perdurare in ſua priori voluntate. vt in. c. maiores. ꝓpe fin. de bapti. ⁊ in. l. eum qui. ff. de ꝓbatio. Item facta ⁊ verba dubia recipiunt interpretationem ſm̄ precedentia. vt in. l. ſi ſeruus pluriū. in fi. ff. de le. j. Preterea hoc colligitur ex alio, q2 pater punctualiter aſſignauit filio bona que vigore remiſſionis fuerunt expreſſa in laudo per dictum Nerotiū. ergo voluit approbare ⁊ exequi cōtenta in dicto laudo. non autem de nouo donationē incogitatam facere. ar. in. l. plane. ff. de leg. j. Nec obſt. ꝙ vſus fuit verbo donationis. q2 hoc non cōtradicit ſed confirmauit predicta. naꝫ dictus Nerotius in ſuo laudo dixit ꝓpe finem ꝙ illa diuiſio ſeu donatio fieret cum rōnib⁹ ⁊ cauſis, ita ꝙ de iure valeret ⁊c. vn̄ ponderanduꝫ eſt illud verbum ſeu donatio. voluit eñ ꝙ fieret per viam diuiſionis aut donationis ita ꝙ valeret. vn̄ pater volens hoc ꝓbare ⁊ exequi ſciens ꝙ donatio facta filio in ptāte, regulariter non vꝫ. vt in. l. antepe. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ a parent. in li. fa. elegit viam validiorem. nā primo emancipauit poſtea donauit. dixit aūt in premiū emācipationis ꝑ ignorātiā cū ex emācipatiōe poti⁹ fuiſſet ipſe p̄miād⁹ a filio. vt. s̄. dixi. Attendi autem debet modus vulgariū loquētiū. ⁊ ita vuditer ſicut ſunt in vſu debēt intelligi. nō aūt debēt capi ꝓprie: vt legit. ⁊ not. in. l. ſtipulatio iſta. §. hic quoqꝫ. ⁊. §. plane. ff. de ver. ob. qđ aūt iſte Nardus pater voluerit principaliter donare aſſignando ſibi partē iuxta formā laudi principaliter in premiū emācipationis aptiſſime vltra predicta ꝓbant quedam verba appoſita in dicta donatione vbi inter cetera ſic dicit̄. Item donauit in alia manu cētū viginti quinqꝫ florenos auri in illis terminis modis ⁊ forma q ⁊ que locis declarantur ⁊ ſpecificant̄ ꝑ qđdā laudū latū ꝑ Nerotiū mariam in curia officialiū mercātie ⁊c. vn̄ diligēter pōderanda ſunt illa verba in illis terminis modis ⁊ forma ⁊c. per que colligit̄ expreſſe ꝙ non intēdebat dictus Nardus pure donare, ſed ſub illis modis ⁊ forma que continentur in laudo. Modus autem ⁊ forma in laudo contenta erant vt iſte Antoni⁹ haberet illa bona pro ſua portione ⁊ vlterius aliq̄d petere ī bonis dictis Nardi nō poſſet: vn̄ cū illā donationē fecerit ſe referēdo ad dictum laudū ⁊ ſub commeratione ipſius apparet apertiſſime quod ab illo recedere non intendebat: ſed potius illud exequi ⁊ obſeruare. ar. in. c. cum venerabilis. de excep. ⁊ in. d. l. non ad ea. cū ibi no. motiuuꝫ claudit iudicio meo materiam aliter dictam donatione interpretandi: nec debemus curare quod fuerit vſus illis verbis donauit in premium emancipationis: quia contractus ⁊ diſpoſitio iudicatur magis ſecūdum ſuaꝫ naturam ⁊ materiam ſubiectam quā ſꝫ verba expreſſa in ea. vt eſt tex. no. ⁊ ibi per gl. ⁊ Bar. in. l. ſi vno. ff. locati. ⁊ per glo. notabilem in. l. j. ff. de ſuperficie. ⁊ per Bar. in. l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. Et ſemꝑ ad intellectum ſtipulationis debemus prius conſiderare quid actum fuit vt in. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. ⁊ ſi non apparet cōſiderandum eſt id quod veroſimilius eſt, vt in ca. inſpicimus in obſcuris. de reg. iur. lib. vj. ⁊ in. l. in obſcuris. ff. eod. ¶ In caſu autem noſtro prius actum fuit: vt iſti Antonio daretur pars ſua ⁊ alterius aliud petere non poſſet: vt patet ex predictis. Item veroſimilius eſt propter diſcordiam inter patrem ⁊ filium preſertim cum eſſet genitus ex vxore premortua quod voluerit donare ob cauſam predictam quam pure ⁊ ſimpliciter. Euadet preterea hanc interpretationem diſpoſitio laudi per dictum Nerotium qui mandauit illa bona poſtea donata debere donari occaſione partis ſue: ergo cauſa adimplendi illud laudum videtur facta donatio ſubſequens per tex. notabilem. ⁊ qđ ibi no. Bart. in. l. fi. C. de ali. pup. preſtan. ⁊ per eundem in. l. cum ſeruus. ff. de vbo. obl. ⁊ illa bona donando videtur pariter donaſſe ⁊ diſpoſitionē laudi approbaſſe. l. iij. §. filius. ff. ⁊. C. e. ad maced. ¶ Quare ex omnibus predictis concludo dictum Antonium non poſſe amplius quicquam petere in bonis paternis dicti Nardi pr̄is ſui occaſiōe legitime ſibi debite iure nature: ſed debere eſſe contētū bonis al's ſibi donatis ꝑ patrē. ¶ Et ad contraria ſupra formata ſatis patet reſponſio per predicta.

Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium. cxvij.

1 ☞ Mulier de iure cōmuni ꝑmittitur libere diſponere de bonis ſuis vltra legitimam debitam filijs.

2 Mulier habens filios ex primo matrimonio ſi tranſit ad ſecūda vota nō pōt in teſtamento aut inter viuos vel ex ſpōſalitia religione plus conferre ⁊ donare ſecundo viro ꝙ̄ donet alicui filiorum ſuorum. ⁊.

In ſancte trinitatis nomine amē. Videt̄ primo ꝙ marit⁹ nihil debeat lucrari ex dotibus vxoris ꝑmortue. Illud aūt in primis certū eſt quod de iure communi nihil lucrat̄: ſed dos debet integre redire ad heredes mulieris vt in. l. vnica. C. de rei vx. ac. ⁊ in. l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. hab. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. ⁊ in. c. nuper. de do. poſt diuor. reſtit. nec etiam de iure municipali: qm̄ ſtatutum Senenſe non ſolū in caſu noſtro in quo ſuꝑſunt ipſi mulieri defuncte filij non indulget marito aliquam partē dotium: imo expreſſe diſpoſuit in aditione corrigendo ſtatutuꝫ antiquū vt nihil lucretur: vt ptꝫ ex ſtatuto poſito ſub rubrica que pars cedit lucro viro ſoluto matrimonio per mortem vxoris. nā verba additionis facte ad illud ſtatutum ſunt hec. videlicet quod ſi mulier ſecūdo nubit viro ⁊ filium vnum vel plures habuerit qđ dictus talis vir nihil lucret̄ ex dotibus ſed filij ipſius mulieris ex vtroqꝫ viro ex ipſa muliere nati ſuccedāt in capita. ita pūctualiter contingit in caſu noſtro. deceſſit eñ illa domina relictis filijs ex vtroqꝫ mr̄imonio: ergo maritus nihil debet ex ſuis dotibus lucrari vigore ſtatuti. Et per cōſequēs dicendum videtur ꝙ nec vigore pacti initi inter dictos cōiuges tēpore cōtracti matrimonij: licet eñ fuerit inter eos expreſſe actum vt ſuperuiuens ex eis debeat certū q̄d lucrari ex dotibus vel donatiōe ꝑꝑ nuptias nomine antifacti: tn̄ tale pactū videtur non voluiſſe tanꝙ̄ habitum cōtra ꝓhibitū ex ſtatuto ad hoc ꝙ not. glo. in. l. j. C. ne fideiuſ. do. dentur. ⁊ gl. ſuper rub. de decurio. lib. x. ⁊ ſic videt̄ qđ nullo iure debet iſte maritus aliquid lucrari ex dotibus vxoris defuncte. Preterea ⁊ ſecūdo videt̄ ꝙ preſuppoſito ꝙ vir aliq̄d lucrari debeat vigore pacti tn̄ hoc lucruꝫ nō debet detrahi de quarta parte de reliq̄s tribus partib⁹ q̄ vigore ſtatuti applicant̄ filijs. qm̄ ſtatutū tribuit mulieri ptātē ꝓ ſuo arbitrio đ quarta bonoꝝ ſuorū diſponēdi nō obſtāte diſpoſitione quam primo fecerat. Statutū eñ iſtud cū ſit cōtra ius cōmune reſtringens poteſtatē mulieris debeat large intelligi quatenus tractatur de fauore mulieris ⁊ ſtricte quatenus ipſius facultas reſtringitur. q2 omnis receſſus a iure communi eſt odioſus: ideo reſtringēdus. vt. c. is qui. de fi. preſby. li. vj. ⁊ in. c. ꝙ dilecto. de ꝯſangui. ⁊ affini. ⁊ in. c. cū dilectus. de conſue.
1 ⁊. l. iij. C. de noxa. † Mulieri eñ de iure cōi permittitur libere diſponere de bonis ſuis vltra legitimā debitā filijs. que in caſu noſtro eſſet tertia pars oīm bonoꝝ cū nō habuerit vltra quatuor filios. vt in aut. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. ⁊ in aut. vt cū de app. cog. §. aliud quoqꝫ capitulū. ergo dictū ſtatutū debet ſtricte ītelligi quatenus aufert mulieri poteſtatē diſponēdi de trib⁹ partibus ⁊ ſolū reſeruat reſpectu quarte poteſtatem debet ergo intelligi vt deductis omnibus oneribus poſſit mulier diſponere de quarta parte vt ſic min⁹ ꝙ̄ fieri poſſit preiudicet̄

iuri

iuri communi, vt in iuribus preallegatis. ꝛ preſertim iſte intellect⁹ eſt amplectendus: q2 verba ſtatuti pertinentis mulieri diſpoſitionẽ quarte partis generaliter ꝛ ſine omni diſtinctione ſunt poſita. ergo generaliter ꝛ indiſtincte debẽt intelligi: vt in.c.ſi romanorũ.xix.di. ꝛ in.c.ſolite.de maior. ꝛ obe. ꝛ in.c.qd ſi dormierit.xxxi.q.ꝛ.l.de ꝑtio.ff.de pub. Faciũt etiã illa verba ſtatuti in fine poſita ibi. Nõ obſtante diſpoſitione quã primo fecerat. ꝛc. que innuũt ꝙ licet aliquid per prius diſpoſuerit mulier: tamen hoc nõ obſtante habet facultatem diſponendi ꝓ ſuo arbitrio de quarta parte omniũ bonorũ ſuorũ. ¶ Sed q̃q̃ predicta ſuperficialiter vigere videantur contrariã tamẽ ſententiam arbitror de iure veriorem. videlicet ꝙ dictus vir debeat lucrari id qd fuit inter eos conuentũ nomine antifacti. ꝛ tale lucrum de quarta de qua mulier poteſt diſponere non aũt de reliqs tribus partibus que relinquuntur filijs. Quod autẽ marit⁹ iſte debeat lucrari id quod fuit inter eos conuentũ probo per tex.in.l.hac edictali.C.de ſecun.nupt.vbi
2 probatur † ꝙ ſi mulier habẽs filios ex primo matrimonio trãſit ad ſecũda vota nõ põt in teſtamẽto aut inter viuos vel ex ſpõſalitia largitate plus cõferre ꝛ donare ſecundo viro q̃ donet alicui filiorũ ſuorũ: ergo nõ extendẽdo illã menſurã põt apponere pactũ vt vir lucret̃ certã portionẽ vel certũ quid pro centenario de dotibus ſuis: vt ibi clarius ſentiunt docto. ꝓ hoc facit q2 ante.l.C. poterat mulier quicquid volebat cõferre ſecũdo marito dũmodo filios nõ ꝑuaret ſua legitima vt in.d.§.aliud quoqꝫ capitulum. ꝛ in aut.nouiſſima. ſed facultas reſpectu ſcdi mariti fuit reſtricta ꝑ.l.C. vt in.d.l.hac edictali. legit̃ ꝛ notatur. citra ergo ꝓhibitionẽ poteſt mulier diſponere in maritum vt libet: cũ rei ſue q̃libet ſit legitimus moderator ꝛ arbiter. vt in.l.in re mãdata legitimã. ꝛ de his.de ſepul. Sed in caſu noſtro lucrũ cedẽs marito nõ excedit portionẽ relictam cuilibet ex filijs, ergo de iure cõmuni valuit tale pactũ. Nec ob. ſi dicatur quod filijs debentur tres partes ex diſpoſitione ſtatuti ꝛ contra voluntatẽ mulieris. De quarta vero ꝑte de qua mulier põt diſponere nihil fuit collatũ alicui filiorũ. ergo nihil potuit trãſferre in maritũ per.d.l.hac edictali. Q2 ad hoc reſpõdeo dupliciter. Primo, imo dicta dña inſtituit omnes filios equaliter detracta illa quarta ꝑte, nec mulier ꝓhibetur a ſtatuto diſponere de tribus partibus, ſed nõ poteſt diſponere de illis ita vt filij priuentur, ꝛ ſic loquitur ſtatutũ. Sꝫ ſi vult diſponere in filios nõ ꝓhibetur: imo cõceditur a cõtrario ſenſu ſtatuti qui contrarius ſenſus eſt amplectendus. ꝛ cũ cõſonet diſpoſitioni iuris cõmunis. iuxta no. per Bart. in.l.omnes ppl'i.ff.de iuſti. ꝛ iur. ꝛ Bal.in.l.ꝯuẽticulã.C.de epi. ꝛ cler. facit.c.cũ apoſtolica.de his que fiunt a pre. ꝛ qd not. Io.and.in.c.publicato.de elec. Scdo põt rñderi ꝙ predicta obiectio procedit habito reſpectu ad ius cõe. iuxta qd mulier poteſt, vt.ſ.dixi libere diſponere de bonis ſuis dempta legitima que erat modica debita filijs. vnde videbatur inhoneſtũ ꝙ mulier preferret in bonis ſuis ſecundum maritum alicui filiorũ. Sed in caſu noſtro ceſſat ratio. q2 vigore ſtatuti filij habẽt oĩa bona velit nolit excepta quarta parte de qua põt ſm eiuſdẽ ſtatuti tenorẽ mulier ꝓ ſuo arbitrio diſponere. vnde nõ poteſt cõtingere ne ſaltẽ in caſu noſtro accidit ꝙ maritus habeat pluſq̃ aliquis filiorũ. Nec ſupradictis obſtat predictũ ſtatutũ allegatũ in cõtrarium. q2 cauet̃ vt vir nihil lucret̃ ſupſtitibus filijs q2 dico virũ excludi ex diſpoſitiõe ſtatutaria: q2 ſtatutũ noluit hoc caſu in additione tollere lucrũ qd detulerat marito. Unde fateor q2 de iure ſtatutario nihil lucrat̃. Sed in caſu noſtro vir petit vigore cõis pacti inter eos habeti tempore ꝯtractus matrimonij. hoc aũt nõ ꝓhibet ſtatutũ, imo potius permittit ſi bene ponderet̃ in fine dum ſic dicit videlicet ſaluo qd in premiſſo caſu vbi ſcdo nupſerit poſſit mulier diſponere ſm iura ꝛ ſtatuta cõmunis Senaꝝ ꝛc. Quaſi dicat ꝙ ex diſpoſitiõe mulieris poterit maritus lucrari dũmodo mulier diſponat ſm iura ꝛ ſtatuta Senarũ puta ꝙ nõ det ſecundo marito vltra q̃ꝫ habeat aliquis filiorũ. Itẽ ꝙ non diſpõat vltra quartã ꝑtẽ bonorũ ſuorũ. Nã poteſtas mulieris ſic limitatur ſm iura ſtatuta. Senarum. Et ꝑ hoc reſpondetur addi qd ſupra opponit̃. ſ. ꝙ nõ põt fieri ꝑ pactũ. ex quo ꝓhibet̃ ꝑ ſtatutũ. imo ꝑmittit attẽta diſpoſitione mulieris que accidit in caſu noſtro. Preterea ſtatutũ ꝓhibet maritũ lucrari. ſed non aſſiſtit dãdo lucrum ſuperſtitibus filijs marito etiã ſi in fine nõ permitteret valet pactum. Na magna differentia eſt inter ꝓhibere ꝛ non aſſiſtere. iuxta notata in ſimili per Bart.in.l.ſed ꝛ ſi.§.ſcire.ff.de peti.heredi. ¶ Ex quibus omnibus clare patet maritũ debere lucrari antifactum vigore pacti initi in cõtractu matrimonij, dũmodo vt predixi lucrũ nõ excedat id qd contingit alicui filiorũ dicte mulieris ꝑmortue. ¶ Qd aũt debeat deduci iſtud lucrũ ex quarta ꝑte de qua põt diſponere mulier ꝛ non de tribus ꝑtib⁹ q̃ debent filijs relinqui, ꝓbat̃ aperte ex diſpoſitione ſtatuti cõtenti ſub rubrica ꝙ mulieres hñtes filios nõ relinquãt vltra quartã partẽ. In qua cauet̃ in effectu habito reſpectu ad ipſum ſtatutuꝫ ꝛ ei⁹ additionẽ: ꝙ mulier habẽs filios vel filias, vnũ vel plures nõ poſſit relinquere vel donare vel vendere vel alienare: ita ꝙ filij eius q̃ remanſerint poſtea poſſint ꝑuare bonis ſuis, niſi cauſa neceſſitatis ſeu victus ſaluo ꝙ quartã partẽ bonorum poſſit pro ſuo arbitro diſpenſare ꝛc. Que verba ſi bene põderentur cõcernũt nedũ diſpoſitionẽ in vltima volũtate: ſꝫ ẽt inter viuos. ꝛ ſic ſtat regula ex illo ſtatuto, ꝙ mulier habẽs filios nõ poſſit nec inter viuos nec ĩ vltima volũtate diſponere de bonis ſuis illa alienãdo vltra quartã partẽ. Sꝫ nulli in dubiũ venire poteſt quin iſtud lucrũ contingẽs marito ex cõi pacto ĩter eos habito ꝑueniat ex diſpoſitiõe mulieris: q2 ſi mulier non fuiſſet ſic pacta vir nihil fuiſſet lucrat⁹, vt apte hoc legit̃ ꝛ notat̃ ĩ.d.l.hac editali. ergo dꝫ cõputari in quarta ſua. Nam ſi diceremus oppoſitum ſequeretur ꝙ mulier poſſet indirecte diſponere de medietate bonorũ ſuorũ puta q2 poſſet apponere pactũ dũ cõtrahit ſecũdas nuptias vt vir ſibi perueniens lucret̃ quartã partẽ bonoꝝ ſuoꝝ: ꝛ demũ in morte vel in vita tractu tẽporis poſſet diſponere de alia quarta parte quod ſonat in abſurdũ ꝛ foret expreſſum ꝯtra mẽtẽ ꝛ ꝟba dicti ſtatuti in quo diſponit̃ ꝙ nõ poſſit diſponere niſi cã ſui victus, ita ꝙ filij priuent̃ trib⁹ partibus bonoꝝ. Nec eadẽ rõne debet illud lucrũ antifacti deduci dẽ integra dote, q2 ſm hoc partes integre non remanerẽt apud filios ꝛ mulier reperiret̃ diſpoſuiſſe vltra quartã partẽ toti⁹. Nõ obſtat finis illi⁹ ſtatuti dũ dicit. Nõ obſtãte diſpoſitione quã primo fecerit ꝛc. q2 non debet intelligi vt mulier poſſit pluries diſponendo relinquere vltra quartam. q2 aperte eſſet ꝯtra mentẽ illius ſtatuti. ꝛ facit in arg.l.ſancimus.C.de dona. al's de facili filij poſſent priuari bonis maternis. ꝛ illud ſtatutũ poſſet deludi. ꝙ nõ ẽ dicẽdũ ſꝫ põt intelligi de diſpoſitiõe ſi quã prius feciſſet quo ad vſumfructũ bonoꝝ. Uel ſcdo põt ĩtelligi ꝛ meli⁹ ꝙ ſi mẽs illius finis ſit vltra tres partes perueniãt ad filios nõ obſtãte diſpoſitiõe quã mulier ꝑmo feciſſet de illis bonis. Hinc eſt ꝙ in additione ad illud ſtatutũ appoſita ſunt hec verba videlicet. Reliq̃ tres partes ꝓ rata inter filios diuidant̃. Nã diſpoſitio mulieris vltra quartã partẽ nullius eſt momenti: vt colligit̃ ex mẽte ſtatuti. ꝛ facit ꝙ in ſimili legit̃ ꝛ no. in.d.l.hac edictali. Et plus iudicio meo poſſet attẽtari ꝙ nedũ debet hoc lucrũ ꝓueniẽs ex pacto viri cũ muliere deduci ex quarta parte de qua diſponere põt: imo idẽ puto ſi illud lucrũ cõtingeret marito. lꝫ ex diſpoſitione ſtatuti: quia ex facto ſuo medietas contingit marito ꝯhendo matrimoniũ ꝛ dando illi tãtã dotem, q2 ille qui nõ põt alienare ꝑ pactũ debet curare ne ex facto ſuo oriat̃ alienatio a lege vt in.l.codicillis.§.antepe.ff.de lega.ij. Et hec voluiſſe vident̃ in ſimili qõne Iac.bu. Bar. Frã.de alber. ꝛ Bal.in.d.l.hac edictali. ꝛ ang.ſup aut.de nup.in.§.q2 ꝟo.vbi dicũt † ꝙ ſecũd⁹ marit⁹ nõ põt amplius lucrari q̃ vnus ex filijs nõ ſolũ ſi lucrũ perueniat ex pacto mulieris: ſꝫ etiã ex diſpoſitiõe ſtatuti: q2 ipſa mulier videt̃ reliq̃re dando cauſam huic lucro. ſ. cõtrahẽdo ſecũdas nuptias. ¶ Ex his patet rñſio ad oĩa ſuperius allegata in ꝯtrariũ. Unde iterũ ꝯcludo vtrũ deberet lucrari antifactũ ex pacto inito cũ muliere nõ obſtãte ſupereſſentia filiorum dũmodo non habeat plus q̃ aliquis filiorum. Et tale lucrũ debet deduci ex illa quarta de qua mulier diſponere poterat: vt ſic tres partes relinquant̃ ĩtegraliter filijs. Et hec ſufficiãt. Nic. Abb.

¶ Conſilium.cxviij.

1 ☞ Poſitiones quare admiſſe ſint.
2 Poſitio impertinens dicitur que non facit ad fundandã vel inuãdaꝫ intentionem imponentis.
3 Sententia dicitur certa ſi poteſt certificari in aliqua parte actorum.
4 Confeſſio ad ſui validitatem non requirit telam iudicij.
5 Libellus gñalis licet poſſit reſpui tñ ſi ad illũ rñdet̃ tenet rñſio ꝛ iudicium ſuper illo fundatũ.

IN Chriſti nomine amẽ. In cã ſeu cõtrouerſia que ad preſens vertitur inter dominam Ioãnaꝫ mutinenſem ex vna parte: ꝛ Simonem de calonis ex alia. Plura concluſiue tamen iuxta ordinem ſunt videnda. Primo an illis poſitionibus ſuper quibus ꝑſenti controuerſia vertitur: fuerat de iure reſpondendũ. ¶ Secundo preſcripto ꝙ illis reſpondendum nõ fuiſſet an ex quo iam per partẽ ſimpliciter reſponſuꝫ eſt preiudicet cõfeſſio reſpondenti. ¶ Tertio preſuppoſito ꝙ ꝯfeſſio valuerit in reſpõdentis preiudicium an poterit dictus vicarius declarare omnes illas reſponſiones nullas eſſe ꝛ nõ tenere tanq̃ factas poſitionibus factuꝫ alienum concernentibus cauilloſis ꝛ duplicibus. ¶ Quarto ſi de iure ſic pronuntiare nõ potuit vt pronuntiat: an dicta pronũtiatio ſit ipſo iure nulla: an ſaltem per ſententiam iudicis retractãda ꝛ ꝓpter hoc apparebit que debeant eſſe in hac controuerſia partes iudicis appellationis. ¶ Uenio iuxta ordinem ad primũ: ꝛ videtur quod illis poſitionibus nõ eſt de iure reſpondẽdũ. Nã ꝑma videt̃ cauilloſa ꝛ duplex cum plurima cauſamata contineat ꝛc. ſine aliqua determinatione qd eſt contra no.in.c.j. ꝛ.ij.de confeſ.lib.vj. ꝛ in.l.ij.§.quod obſeruari.C.de iura.cal. Idem eadem ratione videtur de ſecunda poſitione dicenduꝫ cũ in ea dicatur ſine determinatiõe quod inuenit in hereditate omnia bona immobilia ꝛc. Item tertia poſitio videtur cauilloſa ad decipiendum dictã dominã Ioãnam cũ illa cõfeſſio ad aliã eſſet de directo cõtra petitionẽ porrecta in iudicio per dictam dñam Ioannam. Quarta etiã poſitio poteſt cauillari ꝛ reijci tã multiplex cauillioſa ꝛ factum alienum continens. ¶ Sed his non obſtantibus cõtrarium arbitror de iure ꝓcedere. videlicet quod dicte poſitiones de iure procedũt. ꝛ ꝑ cõſequens eis erat de iure reſpondendũ. Et primo facio hãc regulã ꝙ omne probabile eſt poſſibile que regula optime probatur iudicio meo

1 in cle.ſepe.de ver.ſig.in.§.verū.ver.qꝛ poſitiones.vbi dicit† ꝙ poſitio
nes ad faciliorē expeditionē litiū ꝓpter partiū confeſſiones ⁊ clario
rē ꝓbationē vſus longeuus in cauſis admiſit.⁊c.⁊ ſic aperte innuit ꝙ
ſup oīb⁹ concernētib⁹ deciſionē litis poſſunt fieri poſitiones vt pars
ponēs releuet ab onere ꝓbādi per cōfeſſionē partis aduerſe ⁊ ex pte
rei fieri poſſint ad intētionē actoris extenuandā.⁊ hoc aperti⁹ voluit
omnino ex officio ſuo extra inſtātiā: ⁊ tūc ſi eſt notorium facti perma
nētis ita quod nullo modo poſſit negari ꝙ de facili nō cōtingit.⁊ tūc
poterit iudex ſentētiare al's priuare: quia in hoc notorio nulla exigi-
tur probatio vel ſolēnitas in procedēdo: vt in.c.euidētia.de accu.⁊.ij.
q.j.manifeſta.⁊.c.quoniā.de fi.p̄ſby.⁊ no.per Inn.in.c.ex pte.el.j.de
verb.ſig.fruſtra enim hoc caſu fieret reſtitutio ⁊ euidenter eam petēs
incontinenti veniret priuandus ⁊ circuitus euitādus eſt maxime in
iſtis beneficialibus.de reſcrip.cle.auditor.⁊ reſpectu ſuperioris ceſſat
odiū ſpoliationis.⁊ iſte pōt eſſe caſus in.c.ad petitionē.de accu.⁊ per
hoc ſit reſpondendū ad aliud.c.vltimuʒ.papa hoc idē fecit de pleni
tudine poteſtatis: vt ibi no.gl. Aut nō eſt tale notoriū.⁊ tūc cū exigā
tur probatiōes vt in.c.ſicut.de re iudi.⁊ per gl.in p̄alle.c.manifeſta.⁊
defenſio eſt experiētia rei.facit qđ no.in.c.j.de offi.deleg.lib.vj.debet
ante omnia fieri reſtitutio: qꝛ nec vidi contēdere ⁊c.quia ſpoliatus p
priuatum habet priuilegiū ne exigatur p ſententiā iudicis ante reſti
tutionē: vt in.d.c.frequēs.⁊.c.ſi cōſtiterit.de accuſa.quod facit ꝓ cō
traria parte dico qđ hoc nō ꝓbat ad qđ inducit. Intelligit̄ eñ m'lti
pliciter: vt ibi no.nō eñ poteſt intelligi in delicto notorio.⁊ ſatis col
ligitur ex textu ibi ſi cōuentus fuerit ⁊c.quidam intelligit illū tex.ꝙ
ideo contra petentem reſtitutionē admittuntur illa crimina: quia ibi
facta fuit ſpoliatio poſt ſententiā priuatā latā ſuper illis criminibus
vel ſm̄ alios agebatur poſſeſſorio ille de ſua innocētia cōfidēs fuit cō
tentus vt prius diſcuterētur crimina obiecta.arg.c.j.de reſti.ſpol.al's
autē cū ibi crimina non eſſent notoria de directo eſſet contra illud.c.
iteʒ cū quis.vel deducenda eſt illa decretalis ad diſt.quā.ſ.formaui.
¶ Nunc reſpondeo ad illa cōtraria.c.formata. Et primo non obſtat
primū argumentū: qꝛ ex quo nō eſt priuatus licite petit reſtitutioneʒ
ratione tituli quē habet.nam poterit alius adminiſtrare donec p̄ue-
tur vel ſecū diſpēſetur.vt.c.fi.de cler.excō.loquitur de eo qui de nouo
acquireret beneficiū: qđ nō poteſt: ex quo eſt ſuſpenſus.⁊ idē in noto
rio criminoſo.nō enim valeret electio de eo facta: vt in.c.cuʒ in cūctis
de elec. Nō obſtat argumētum ſcđm: qꝛ ſatis.ſ.reſpōſum fuit. ¶ Ad
tertiū vero dicēdū ꝙ lʒ poſſit priuari tn̄ anteq̄ priuet̄ nō poſſet exce
ptio obijci.qꝛ nō elidit actionē: vt.ſ.plene dixi.⁊ qꝛ ille ſpoliator tāq̄
12 odioſus nō eſt audiend⁹. ¶ † Ad quartū argumentū de.c.ſignifica-
ſti.rn̄deo qđ crimē adulterij īducit priuationē ipſo facto vnde poteſt
coniunx ſua autoritate aliū repellere: vt no.glo.ij.in.c.fi.de adul.ſen
tit Inn.in.c.inquiſitioni.de ſen.excō.facit.c.agatoſa.xxvij.q.ij.⁊.c.di
xit.xxiiij.q.iij. Et hec ſufficiant quo ad tertiū mēbrū. ¶ In quarto ⁊
vltimo dubio qđ fuit: an habens patrimoniū ⁊ beneficiū eccleſiaſti-
cum valeat recta conſcientia ſalua reſeruato patrimonio de beneficij
reditibus vitam ducere. ¶ Arguitur primo qđ non: ⁊ videt̄ de hoc
caſus in.c.fi.xvi.q.j.in fi.vbi dicit tex.qđ qui bonis parentū ⁊ opibus
ſuſtentari poſſunt ſi quod pauperum eſt accipiūt: ſacrilegiū profecto
incurrūt ⁊ cōmittunt.⁊ per abuſionē taliū iudicium ſibi manducant
⁊ bibūt ⁊ per eadem verba loquitur tex.in.c.clericos.j.q.ij.ad idem.c.
paſtor eccleſie. His quibus ſua ſufficiūt nō debet aliquid irrogari: ha
benti dare nihil aliud ē q̄ ꝑdere.nec illis qui ſua poſſideant dari ſibi
aliquid volunt ſine graui peccato ſuo vnde pauper vicarius erat.idē
c.item cum quis.eadem cauſa et queſtiōe.vbi inter cetera dicit nō eſt
meū dicere quare peccatū cibis pauperum preſumēdū ſuſcipiunt: qꝛ
eccleſiam ſuaʒ iuuare proprijs facultatibus debuerāt ſuis expēſis iam
ſuper grauāt ⁊c.vel vbi ponuntur multa bona verba ad materiā fa-
cientia. ¶ Secūdo videt̄ ſingulariter ꝓbari per tex.notabilē ⁊ quaſi
ſingularē in materia.j.q.ij.ſacerdos.vbi dicit̄ ꝙ clerici pauperes ſiue
ex facultate ſiue ex ꝓpria volūtate: licite viuūt ō bonis eccleſie: qꝛ ad
ea accipiēda nō cupiditas eos ducit: ſʒ viuēdi neceſſitas cogit ⁊ ſin-
gulariter ſubiūgit ꝙ de talib⁹ clericis videt̄ dicere apoſtolus.qui ī ſa
crario opantur.que de ſacrario ſunt edāt ⁊ q altari deſeruiūt cū alta
ri participent.⁊ vide ibi tex.qui latius proſequitur hāc materiā. Ad
idē optime videt̄ concordare tex.in.c.illi.xij.q.j.vbi dicit ꝙ illi qui tā
infirmi ſunt poſſeſſionibus ſuis renūtiare nō poſſint.ſimul capiunt
de bonis eccleſie et ſatis ſine peccato illa retinent.⁊ ſic apte innuit ꝙ
tūc dʒ clericus ō bonis eccleſie viuere qñ nō habet patrimoniū vn̄ vi-
uat.ad idē.c.ep̄s eccleſiaſticarū.eadē cauſa ⁊.q.dicit̄ enim ep̄s habe-
re eccleſiaſticarū rerū poteſtatē ad diſpēſandū: ergo oēs q indigent
ipſe autē participare poteſt quibus indiget ſi bene indiget: ⁊ no.illa
verba.ſi tamē īdigēt.qui ergo habet patrimoniuʒ nō dicitur indige-
re: ꝯcordat.c.ep̄s.x.q.ij. ¶ Tertio principaliter īduco.c.epiſcop⁹.et
c.tuis.de preben.⁊ de reſcrip.poſtulaſti.quib⁹ cauet̄ epʒ nō arctari.ad
prouidendum illis clericis q ex proprio patrimonio viuere poſſunt.
¶ Quarto arguit̄ ſic.deputata largitione fidelium ad certū vſuʒ nō
poſſunt ſalua ſedis apoſtolice autoritate ad aliū vſum deputari.vt i
13 cle.qꝛ cōtingit.de relig.domi. ¶ † Item q̄libet res conſtituenda ē ad
vſum deſtinatum.de appel.ſuggeſtum.⁊ de iureiur.quāto.ſʒ bona ec-
cleſie tradita ⁊ conſeruata ſunt eccleſijs: vt ex eis oēs indigētes ſuſtē-
tentur: vt in.c.vidētes.vbi tex.optimus.xij.q.⁊ alijs.ſ.allegatis.cum
infinitis ſimilibus ergo clerici habētes patrimoniū vnde vitā ducere
poſſunt: non debent percipere de bonis eccleſiaruʒ: facit.c.ſicut.xlvj.
diſtin.nō enim bona tēporalia ſunt ſeruata eccleſijs vt ꝓping clerico
rum ditent̄: ſʒ vt ī opes ſubleuētur.vt.d.c.ep̄s.xij.q.j. ¶ In cōtrariuʒ
pro parte affirmatiua qđ poſſit pro reditibus beneficij cōſeruato pa
trimonio vitaʒ ducere.induco.c.fi.j.q.ij.vbi dicit̄ ꝙ clerici oēs qui ec-
cleſie fideliter vigilāt ⁊ deſeruiūt: ſtipendia ſuis laboribus debita ſm̄
ſeruitij ſui meritū p ordinationē canonici a ſacerdotib⁹ ꝯſequant̄.pō
derādum eñ eſt verbum omnes.includit profecto tā pauperes q̄ di
uites: al's ad quid dixiſſet omnes. ¶ Itē ponderādū dicit ſtipendia
ſuis laboribus debita dātur ergo ſtipēdia clericis deſeruientib⁹ non
ꝓpter indigentiaʒ eorū ſed ꝓpter labores ſanctos quos ſuſtinent q̄
quidē ratio verificat̄ tam in diuitibus q̄ in pauperibus: dign⁹ ē eniʒ
mercenarius mercede ſua.⁊ q ad onus eligit̄ repelli nō debet a mer-
cede nec ligari debet os bonis triturantis.de p̄bē.extirp.⁊.c.fi.de ma
giſtris. Sed dic ꝙ ibi ſentit tex.⁊ gloſſ.denario frauſari nō debet in
vinea dn̄i laborantes ⁊c. ¶ Secundo arguitur ſic.epiſcopus viſitans
eccleſias ſibi ſubiectas licite petit procurationeʒ ratiōe viſitationis.
vt in.c.cum ex officij.de preſcrip.⁊ ratione illius.c.quia nemo cogitur
ſuis ſtipendijs militare. Et qꝛ ſʒ Apoſtolū. Qui ſpiritualia ſeminat:
non eſt magnū ſi tēporalia metat. Certū eſt eñ q̄ q̄tūcūqꝫ epiſcop⁹
abundet licite petit procurationē.qꝛ nō debet ſuis ſtipēdijs militare.
Si ergo ep̄s q habet ep̄atuʒ ⁊ ipſius ſubit onera nō tenet̄ viſitate ec-
cleſias inferiores gratis vt ſeruiat expēſis ſuis: quāto fortiꝰ clericus
inferior non debet obligari ad ſeruiendū beneficio ſuo cum reditib⁹
ſui patrimonij ſi eis nō ſint vna eccleſia.vij.q.j.nouacianus.facit
quod no.c.cum apoſtolica.de his que fi.a prela.non videtur ep̄s im-
pendere officiū inferiori eccleſie cum reditibus epiſcopat⁹: fortiꝰ nec
clericus inferior cū reditibus ſui patrimonij. Ad idem.c.cum ſʒ apo
14 ſtolū.de prebē.q altari ſeruit viuere debet de altari ⁊c.vt ibi. ¶ † Ter
tio probatur ſic.clericus habens patrimoniū licite illud relinqt pa-
rentibus vel pauperibus diſtribuit: ⁊ de rebus eccleſie vitā ducit: vt
in.c.ſacerdos.j.queſtio.ij.ergo poteſt a principio licite diſpenſare pri
moniū i ꝯſanguineos vel pauperes ⁊ viuere de bonis eccleſie: ex quo
illi debitum impendit famulatū.ita videtur qđ poſſit illud patrimo
nium conferre ⁊ ſuis illud in futurum relinquat: vel neceſſitatis tē
pore communicet eis et pauperib⁹ ⁊ viuere iteriʒ de eccleſia cui ſeruit
pro hoc victū ſuum habeat.xij.q.j.vbi dicitur qđ chriſt⁹ habuit pecu
niā: vt neceſſitatis tempore ſuis ⁊ aliorum neceſſitatibus ſubueniret.
ſic ergo iſte pro tempore neceſſitatis poterit patrimoniuʒ conſeruare
⁊ de bonis eccleſie ad ſuū vſum participare. ¶ Quarto deduco.c.quatuor.
⁊.c.conceſſio.⁊.c.reditibus.xij.q.ij.in quibus dicitur ꝙ de bonis eccle
ſiarum cathedralium debet fieri quatuor partes: quarū vna ōbetur
clericis deſeruientibus ſm̄ eorum merita: et ſedulitatis officiuʒ nihil
diſtinguit ſi ſint pauperes aut non: nec dicitur quod tribuāt eis ſʒ in
digētiam.ſꝫ pro ſedulitate officij ⁊ ſm̄ eorum merita.ad idem.c.cha-
ritatem.ea.cauſa ⁊.q.in fi.ibi.nāqꝫ iuſtum eſt vt ille ſequatur ſtipēdiū
qui pro tempore ſuū commodare requirit̄ obſequium.concordat.c.
cunqꝫ.⁊.c.eccleſiaſticis.eadē cā ⁊.q.⁊.q.ij.precarie.facit.c.de multa in
fi.vbi cum ſcientibus ⁊ nobilibus beneficiorum tamē certū eſt vel ſal
tem veroſimile quod nobiles habēt patrimonium ſed non tenentur
illud

Illud expendere militando eccleſie vt proprijs ſtipendijs militent ⁊c. ¶Ad ſolutionẽ cõdeſcendens huius dubij ſaluatoris inuocato pre ſidio dicens glo.⁊ doc.in hoc multũ variaſſe:⁊ nimirũ cũ iura ⁊ ratio nes multuꝫ ꝓ vtraꝗ parte videantur profecto vigere.Iſtã gl.in.c.qm̃.xvj.q.j.videt̃ velle intelligere omnia iura prohibẽtia extẽſionẽ manꝰ ad bona eccleſiaſtica habẽtibus patrimoniũ qñ clerici tales nõ deſer uiũt eccleſijs:ſ3 certe hec ſolutio nõ ſatiſfacit.tũ etiã qꝛ pauperes cle rici nil debẽt ꝯſequi ab eccleſia ſi non deſeruiũt.i.c.ꝯquerẽte:ꝺ cle.nõ reſi.maxime habito reſpectu ad tp̃s illorũ iuriũ qñ omne beneficiũ re quirebat reſidẽtiam cũ propter officiũ ſit principaliter fundatũ bñfi cium:vt in.c.fi.de reſcrip.li.vj.⁊ qꝺ no.Jo.de lig.in cle.gratie.eo.titu. tum qꝛ multa ex illis iuribꝰ loquunt̃ expreſſe in deſeruientibꝰ:vt i.d. c.illi qui.⁊.c.ep̃s.⁊.c.ſacerdotes.cũ ſi.gl.i.c.illi q.xij.q.j.ponit quatuor ſolutiones. ¶Prima qꝛ iura ꝓhibẽtia hãc accumulationẽ patrimo nij ⁊ beneficij loquunt̃ de cõſtitutiõe:ſ3 certe nõ ſatiſfacit iſta ſolutio omnibus cõtrarijs cũ ex eis plura dicãt quod tales iudiciũ ſibi man ducant ⁊ bibũt ⁊ qꝺ hoc nõ faciunt ſine graui peccato:vt.ſ.colligere potes ꝑtẽ negatiuã. ¶Secũda ſolutio huiꝰ eſt ꝙ loquant̃ illa iura de clericis vagabundis.certe nec ſolutio iſta ſatiſfacit oibꝰ contrarijs cum nulla loquantur deſeruientibus:vt innuit illud.c.qui accepturi erãt ⁊c.Si eñ eſſent vagabũdi:nõ fuiſſent aliquid accepturi.ꝺ appel. ꝑuenit.⁊ ꝺ cle.nõ reſi.ꝯquerẽte.⁊.c.fi. ad ideꝫ ꝑallegatũ.c.ſacerdotes. vbi exp̃ſſe dicit̃ ꝙ illi debẽt de bonis eccleſie participare q nõ habẽt vnde viuãt.ſubiũgẽs ꝙ de his intelligitur dictũ apoſtoli.Qui altari ſeruit de altari viuere debet.⁊c.ꝗ ſola ꝟba luce clariꝰ innũt ꝙ loquã tur nõ in vagabũdis.imo in ſeruiẽtibus.⁊ facit.d.c. epiſcopus.xij.q.j. ¶Tertia ſolutio dat̃ ꝑ illa glo.ꝙ iura loquunt̃ de oblationibꝰ,ꝗ ta libus non ſunt cõicãde.hec ſolutio etiã nõ ſatiſfacit omnibꝰ iuribꝰ ſu pra allegatis ꝓ ꝯtraria ꝑte maxime.c.ſacerdotes.j q.ij.⁊.c.ep̃s.xij.q.j. habentes patrimoniũ poſſunt bona eccleſiaſtica habere nõ vt ſibi ſer uiãt:ſed vt diſtribuãt pauperibꝰ.ſed hec nõ eſt ꝓpria:imo ſapit ꝯtra riã opinionẽ ⁊ põt viuere ex reditibus bñficij gl.in.c.clericos.j.qꝺ.ij. cõfirmat aliqualiter de ſolutionibꝰ p̃miſſis:⁊ vltra eas dicit ꝙ illa iu ra ꝗ vident̃ ꝓbare vſum rerũ eccleſiaſticarũ in habẽtibꝰ poſſunt ĩtel ligi de quarta pauperibꝰ debita ꝗ dari ꝓhibet̃ habentibꝰ: ſubiungẽs ꝙ ſi habentes de bonis eccleſie ſuſcipiũt vel abſentes vl̃ preſentes li cet non debeat eis denegari portio.qꝛ nemo cogit̃ ſuis ſtipendijs mi litare mortaliter peccãt.p̃ſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruãt.Et ad uerte qꝛ i hoc vltimo nõ apparet an loquat̃ illa gl.qñ ſuſcipiũt ꝺ quar ta ꝺbita pauperibꝰ an de ꝗbuſdã bonis eccleſiaſticis. ¶Sed cõtra ſo lutionẽ p̃cedẽtẽ facit aperte dictũ.c.ſacerdos.qꝺ videt̃ velle ꝙ illud dictũ q altari ſeruit ⁊c.dꝫ intelligi de nihil habẽtibꝰ ⁊ ſic vꝛ̃ etiã ꝙ de quibuſdã bonis iſti abũdantes nihil debent habere.Inn.in.c.ep̃s.de preben.dicit ꝙ lꝫ ordinariꝰ nõ cogat̃ prouidere ordinario habẽti ex patrimonio vnde viuere põt:tñ nõ credit ꝙ habens beneficiũ viuere debet de patrimõio:ſ3 de altari.ꝑ.c.cũ ſm.ꝺ pꝛben.Ad.c.paſtoralis. pro cõtraria parte reſpõdetur qꝺ ibi intẽdit actor canonico ꝓuidere ne ꝺ patrimonio auare theſaurizet ⁊ bona eccleſie expẽdat al̃s aũt ſ3 eũ bene licet bona ſua cõſeruare heredibus ⁊ bona eccleſie expẽdere. Idem ſentit in.c.poſtulaſti.de reſcri.vbi dicit̃ talẽ patrimoniũ non in digne accipere de rebus beneficij ſi bene diſpenſet. ¶Sed aduerte ꝙ licet cõmuniter allegatur ⁊ teneat hec opinio ꝑ illud.c.cũ ſm apoſto lum quod allegat Inno.tamẽ in veritate ad illud in.c.cum ſecunduꝫ faciliime reſpõdet̃ per.d.c.ſacerdos.j.q.ij.vbi expreſſe text.dicit illam autoritatem apoſtoli intelligendam deſeruientibꝰ nil habẽtibꝰ. ⁊ ſic toleratur dictum ſuum per.d.c.ſacerdos.poteſt tamẽ dictũ ſuum ſal uari:prout.j.dicam:ſed nõ per illud.c.cum ſm Hoſti.in.c.poſtulaſti. prealleg.dicit ꝙ qui ordinauit eum ex quo habet patrimoniũ habet ꝯtra ipſum exceptionem ⁊ hoc eſt planũ in.c.tuis.⁊.c.epiſcopꝰ.de p̃ ben.titulo autẽ eccleſiaſtico poſſunt tales vti.dũmodo tamẽ ſeruitiũ eccleſie faciãt:honeſte viuãt:⁊ prauã intẽtionẽ nõ habeãt in theſauri zando vel ditãdo parentes:nec etiam proprijs ſtipẽdijs militare tenẽ tur.de preſcript.cum ex officij.al̃s ſi ſeruitium non faciant vl̃ i malos vſus expẽdãt:pena ſuos teneat autores ⁊ dicit Hoſti.ꝙ ſi ſibi nõ cre dant:credant Hierony.⁊ pro certo quorũ dicta habent̃ iuribus.ſ.al leg.pro contraria parte concludens tandem ꝙ ſi iura in hoc deficiẽt: propria ſciẽtia naturalis ratio illos cõuinceret. ¶Et licet hoc dictuꝫ Hoſti.demulceat aures ⁊ videat̃ in idẽ reſidere cũ Inn.tamẽ huius dictũ videt̃ cõtra p̃alleg.c.ſacerdos.⁊.c.epiſcopus.qꝛ prorſus debent abſtinere ſm illa iura:ex quo habent vnde viuant.nec cõſumptio ad bonos vſus eos excuſat:qꝛ nõ debet quis alere etiã vt bene diſpẽſet. vt i.c.precarie.x.q.ij.debet enim vt diſpẽſator eccleſia illa diſtribuere in pios vſus a iure deputatos:nõ aũt capere tanꝗ ſibi ꝺbita ⁊ nomi ne proprio diſpenſare etiã ad bonũ vſum.vt in.d.c.precarie.tamẽ opi nio Inno.⁊ Hoſti.cõmuniter tenet̃ per omnes doctores:per Joã.de lig.in cle.gratie.de reſcript.⁊ Archi.Hug.in.c.clericos.j.q.ij.illi q.xij. q.j.reſpondit Hugo.in.d.c.clericos.ad iura que videntur contraria ꝗ loquunt̃ ſm antiqua tẽpora.nam in primitiua eccleſia reditꝰ eccleſia rum erant tenues ⁊ exiles ⁊ ex eis prouidebat̃ indulgẽtibꝰ ſm qꝺ vni cuiꝗ opus erat.arg.xij.q.j.c.qa tua.⁊ hec reſponſio videt̃ ſatis bona

Sed ego pro clariſſima ſolutiõe huiꝰ dubij facio preſuppoſita. Pri muꝫ eſt:qꝛ olim in primitiua eccleſia oẽs credentes i chriſto habebãt omnia cõmunia:⁊ ſic clerici nihil habebãt proprij.xij.q.j.cui portio.⁊ c.certe.⁊ de hoc per ibi in ſumma.Sed poſtea fidei feruore quieſcen te nedum laſciui chriſtiani:ſed etiã clerici ſeculares inceperũt poſſide re ⁊ tenere propria:⁊ nõnulli clerici hoc faciebant claꝫ oſtendebãt ſe ſanctiores quã eſſent:vt i.d.c.certe.⁊ tunc videbat̃ valde idecẽs vt cle ricus etiã ſeruiẽs eccleſie reciperet portionẽ ab eccleſia cũ haberet pa trimonium cuius detentio videbat̃ deteſtabilis.cum videret̃ illicitum detinere propriũ cõtra veſtigia apoſtolorũ:multo magis videbatur deteſtabilius tenere patrimoniũ ⁊ cũ hoc percipere de bonis eccleſie: ſed ſi volebãt tenere ꝓpria ⁊ abſtinere a bonis eccleſie tũc aliqualiterꝰ excuſabant̃:qꝛ quodãmodo videbant̃ relinquere ſua cũ incõtinẽti ꝓ prijs rebꝰ abſtinebãt ab alijs rebꝰ eccleſie ꝗ dabant̃ eoꝝ labori:⁊ iſte eſt ꝓprius caſus ſi bene põderetur i.c.illi qui.xij.q.j. poſtmodũ magis tenuerũt tepidi:nec videbat̃ honor tenere bona tp̃alia ⁊ inceperũt li cite ⁊ paſſim oẽs clerici ⁊ palã tenere ꝓpria.ex quo eis nõ renũtiaue rãt.vt in.d.c.certe.⁊ i.c.ſint manifeſte xij.q.j.⁊.xij.q.v.⁊ incipit quodã modo ceſſare rõ illius.c.illi q.xij.q.j.poſita in prin. ¶Secũdũ preſup poſitũ eſt qꝺ olim i primitiua eccleſia tp̃e apoſtoloꝝ oĩa bona oblata eccleſie videbant̃ ⁊ eorũ p̃tijs ſubueniebat̃ oĩbus cõmune vitã ducen tibus ⁊ alijs pauperibus indigẽtibus.ſed poſtmodum apoſtoli ⁊ alij fideles videntes meliꝰ fore ſi bona ſic oblata cõſeruarent̃ eccleſijs ma tricibꝰ ⁊ ex eorũ reditibus ſubuenirent indigẽtibus ꝗ ſi venderẽt qꝛ ex venditione pretio cõſumpto ſepe imminebãt neceſſaria ⁊ nõ erat vnde ſubueniret̃:fuit ſtatutũ vt bona non venderentur.ſed ad vſum predictũ cõſeruarent̃ eccleſijs matricibꝰ ⁊ ipſi haberẽt ꝑtãtem diſpen ſandi.de hoc eſt tex.not.in.c.vidẽtes xij.q.j.⁊ ſic bene põderet̃ hoc ex primeua inſtitutiõe rerũ eccleſiarũ vt fuit vt ſubueniret̃ indigẽtibus: ⁊ ſic nimirũ ſi multũ iura dicũt ꝙ clerici habẽtes patrimoniũ nõ de bent quicꝗ ꝑcipere ab eccleſia quãtũcũꝗ deſeruiret:qꝛ in eis tũc cau ſa deputationis ceſſabit ⁊ detẽtiõis bonorũ tẽporaliũ:ſed poſtmodũ creuerunt facultates in fide vt vellẽt deſeruire eccleſijs cathedralibꝰ fierẽt ex eorũ bõis quatuor ꝑtes quarũ vna deberet̃ ep̃o alia clericis tertia fabrice eccleſie:quarta pauperibus:vt.d.c.quatuor.⁊.c.ꝺ rediti

5 bꝰ.⁊c. ¶†Itẽ fuit ordinatũ vt nulla eccleſia edificaret̃ niſi priꝰ dos aſſignaret̃ ꝓ miniſtris.de cõſe.di.j.c.nemo.⁊ de cõſec.eccle.vel alta.cũ ſi.⁊ ſic hodie bona tp̃alia deputãt̃ eccleſijs principaliter pro miniſtro rum ſubſidio.ad idẽ.c.paſtoralis.de his ꝗ ſi.ap̃la.⁊.c.de his.de eccle. edifi. ¶His preſuppoſitis infero ad clarã deciſionẽ huiꝰ dubij ⁊ con cordantiã oĩm iuriũ varie ad hãc materiã loquentiũ vcꝫ ꝙ habito re ſpectu ad ſtatuꝫ primeue eccleſie ꝓcedũt iura ꝗ vident̃ velle habẽtes patrimoniũ nõ poſſe participare de bonis eccleſie:vt qꝛ videbat̃ hor ror ⁊ deteſtabile vt tenerẽt ꝓpria tñ qꝛ bõa eccleſiaſtica fuerũt deputa ta ad vſum dũtaxat idigẽtiũ:vt.ſ.dixi.Sed cũ ſuccedẽte tp̃e iſta duo ceſſarẽt qꝛ ⁊ clerici palã ⁊ ꝑmiſſiõe eccleſie inciperẽt habere propria ⁊ bona eccleſiaſtica fuerunt principaliter deputata ꝓ miniſtrorũ alimo nia ſurrexerunt alia bona ⁊ ratio naturalis viget vt quãtuncꝫ clerici habeãt bona patrimonialia nihilominꝰ pñt viuere ⁊ bonis eccleſie non tanꝗ indigentes:ſicut in prima deputatiõe erat indultũ:ſ3 tanꝗ ſeruiẽtes:qꝛ dignũ eſt vt nõ cogant̃ ꝓprijs ſtipendijs militare.ex quo enim illicite tenẽt ꝓpria nõ ſunt priuãdi a ꝓpria mercede.c.fi.de magi. ⁊.c.extirpãde.de preben.cũ ſimi.⁊ ideo.c.fi.j.q.ij.dicit ꝙ oẽs clerici q eccleſie fideliter inuigilãt:deſeruiũt ꝙ ſtipẽdia ꝯſequant̃.vnde ꝑõdera bene ꝗbꝰ oẽs ꝯprehẽdit,tã diuites ꝙ pauperes:vt ibi et no.doc. ¶Itẽ põdera verba ſequẽtia ꝙ volũt clericos ſtipẽdia ꝯſequi:nõ ꝓ pter idigentiã ſed ꝓpter labores ⁊ ſeruitiũ.Et not.qꝛ dicit ſ3 ſeruitij meritũ nõ aũt dicit ſm indigẽtie qualitatẽ.ſm ergo tẽporũ diuerſita tẽ iura ⁊ varie proceſſerũt.ſimile no.xvj.q.j.in ſum.⁊ ſm hec tẽpora po teſt defendi:Inno.⁊ Hoſt.⁊ ꝑ hoc clare patet reſponſum ad oia iura ꝯtraria.poſſunt ergo cleri de bonis patrimonialibus diſponere tam inter viuos ꝙ in vltima volũtate ad eorũ libitũ dũmodo primã intẽ tionẽ nõ inducãt.pro hoc.c.j.⁊.c.qꝛ de teſta.⁊ xij.q.v.ꝑ totum.⁊ de bo nis eccleſie cui ſeruiũt vitã ducere dñt nõ aũt poſſunt petere ab eccle ſia vniuerſali tanꝗ indigẽtes.in hoc caſu poſſunt intelligi multa iu ra.ſ.allegata ĩ cõtrariũ.vt.c.qm.xvj.q.j.⁊.c.clericos.⁊.c.paſtor.j.q.ij. cũ ſimi.ſed de ꝓprijs beneficijs ſic quia tũc recipiũt nõ tãꝗ idigẽtes ſed tãꝗ ſeruientes vt laborum ſuorũ mercedẽ ⁊c. ¶Hec queſtio diſ putata fuit per dominum Nicolaũ de ſicilia decretorũ doctorem fa moſiſſimum i amplo Seneñ ſtudio.Anno domini.M.cccc.xxxiij.die vero.xxv.Januarij.⁊ ad vtrãꝗ partem dubiorum reſpõdet ſpectabi lis ⁊ egregius vir dominus Sandolphus diagolonez.in iure cano nico eleganter peritus.Et intereſſente in diſputationibus actu plu torum magiſtrorum ⁊ doctorũ copia qui Senas conciliũ generalis cauſa venerant. Laus deo.

¶Queſtio.v.

1 ☞Collatio patronatus ſine conſenſu epiſcopi an valeat.
2 Jus patronatus eccleſie tranſit ſolum in heredes ſanguinis.
3 Jus patronatus an laico conferri poſſit.⁊ nu.5.
4 Laicis in rebus eccleſiaſticis nulla fuit data facultas.

v j

Uide ſupra nume.3.
5 Partis autoritas an requiratur in mutuo per filium contrahendo.
6 Collatio bñficij patronatꝰ ꝑ epz facta patrono neglecto an teneat:
7 Spes ſola habendi aliquid vltra ſortē cōſtituit hominem vſurarium.
8 Penſionem annuam recipiens pro locatione agri non peccat.

Augerio patronatū in baſi-
lica nicoſtrati iure ſibi delatuz Plautius laicꝰ mera libe-
ralitate contulit ad eandē vacātem patrono neglecto im-
minete adhuc tempore electiōis ⁊ preſentationis a iure ſtatuto. An
tiſtes actorem clericū inſtituit: quadrimeſtre deniqꝫ elapſo Plauciꝰ
filio herede ſuperſtite diē perſoluit extremū quo minime accerſito do
natione paternā ⁊ ratificauit epſ ⁊ ipſius cōſenſus pretioſum pretiū
baſilice nicoſtrati ab ortonotropho cui ſui tpe vtēdū eidē eccl̄ie quin
gentis aureis donatur: recepit Augeriꝰ ab ingēti et fomoſo ortono
tropho alia quingenta prorſus ꝯtulit vt ab eo vita cōiter annis ſingu
lis reciperet quinquaginta ⁊ facto cōſtitutꝰ quatuor in diſceptatio-
nem adducunt. ¶ Primū nūquid dicta patronatꝰ collatio iure ſub
ſiſtat ſaltem a Senen. preſule dicto tempore accedēte cōſenſu. ¶ Se-
cundum an baſilica nicoſtrati vacet inſtitutione nō obſtāte predicta.
¶ Tertium vtrum contractus initus intra augerium ⁊ baſilicam ni
coſtrati ſit vndiqꝫ licitꝰ iuris ſolēnitatibus nō neglectis. ¶ Quartū
ſi cōſciētia refragāte valeat plautius quinquaginta ab ortonotro-
pho recipere. ¶ Circa pmū dubiū hoc ꝓcedat ordie. ¶ Primo nāqꝫ
quinqꝫ formabo motiua ad ptē affirmatiuā. ¶ Secūdo totidem ad
ptē negatiuā. ¶ Tertio ſolutionē ſubijciā. Qꝺ aūt iuriſpatronatus
collatio iure ſubſiſtat etiā ſubmoto epiſcopi cōſenſu probat primo ex
eo quod liberū eſt cuiqꝫ de re ſua ad libitū diſponere ꝑ modos a iure
non improbatos ſiue velit diſponere in religioſa loca ſiue ī priuatas
ꝑſonas: vt in. c. de his in fi. j. de ſepul. ⁊ in. l. re mādata. C. māda. ⁊ in. §.
ꝑ traditionem inſti. de re iudi. ſed patronus nullibi aperte reperit ꝓ
hibitꝰ quominꝰ ius ſibi ꝯpetens poſſit in aliū trāſferre ergo ⁊c. quin
imo expſſe ſibi videtur cōpetens poſſit in aliū trāſferre: ergo ⁊c. quin
imo expreſſe videtur ſibi permiſſum. vt in. c. illud. de iurepatronatꝰ. et
in. c. vnico. eo. tit. lib. vj. vbi expreſſe probat qꝺ loco religioſo ſine epi-
ſcopi cōſenſu donari per patronū poteſt quod etiam laico donari. vi-
detur. probatur ⁊ in. c. ex literis. ⁊ in. c. cum ſeculū. e. ti. Ubi tranſit in
laicum cum vniuerſitate ville vl̄ feudi. ergo ſine vniuerſitate: nō debet
enim hoc titulo gratuito cōſiderari vniuerſitas. nā ſi nō poſſet dona
ri ſeu aliter transferri in laicū nō trāſiret cū vniuerſitate illata cū poſ
ſet illud ius exerceri abſqꝫ eo ꝙ eatur ad villā ſeu vniuerſitatē ad hoc
ꝙ no. in. l. ſi mercedē. in fi. ff. de act. emp. ⁊ ſatis eſt hoc iure expreſſum
nō ꝓhibetur ⁊ materia eſt permiſſa ad hoc qꝺ not. ſ. in. c. ij. de tranſla.
prela. ⁊ facit a cōtrario ſenſu per locum a ſpeciali. c. de iure. de iurepa.
vbi tranſlato iurepatronatus in quēdam laicuz papa mādauit ꝙ ſi
conſtaret illum ſciuiſſe ꝙ contractus cenſeretur nullus qꝺ cum ſit an
nexum ſpirituali vendi non poteſt ergo a cōtrario per modū gratui-
tum potuiſſet in illum transferre. ⁊ de hoc videtur caſus ad literaz. in
c. ex inſinuatione. eo. ti. ¶ Secūdo ꝙ ſaltē accedente ⁊c. ex poſtfacto
epiſcopi cōſuluerit valuerit videtur expreſſe probari in. c. cura. ⁊. c. ſug
geſtū. ꝺ iurepa. vbi expreſſe dicitur ꝙ ex donatiōe laici poteſt donata
riꝰ eccleſia ſibi retinere ſi dioceſani epiſcopi habuerit poſtea ꝯſenſuz.
¶ Tertio videt probari per. c. ſi qua de rebus. xij. q. ij. vbi dicitur qꝺ
per alienationem de rebꝰ eccleſie. ſede vacante factū poteſt epiſcopus
nouiter creatus ratificare ⁊ approbare ſi decidit ī vtilitatez eccleſie ⁊
ſic eſt ibi caſus ſingularis in quo cōſenſu autorizabilis poteſt ex poſt-
facto interuenire ergo idez dicendum in caſu noſtro ad idem capitu-
lum quod in dubijs. de renun. vbi permittitur quod renūtiatio bene
ficij in manibus laici preiudicat ipſi clerico renūtiāti adeo quod epi-
ſcopus poteſt ex poſtfacto illam renūtiationem ratificare ſeu illū ſic
renuntiantem illo beneficio ſpoliare. ⁊ dicit ibi gl. ꝙ licet ꝙtum ad ec
cleſiam vel ſuperiorem illa renuntiatio nō tenet. vt ibi: ⁊. c. admonet.
eo. titu. ipſe tamen renuntiās non poteſt eam repetere: qꝛ quo ad ſe te
nuit. licet em̄ ſit inutilis habet tamē in ſe tacitū pactū vt repetat ſicut
acceptilationē. ff. de acceptil. l. acceptilatū. ⁊. vij. q. j. eos. hec gloſſ. que
ſolet ibidē allegari not. ī. c. ꝙ dei timorem. de ſta. reg. dicit ꝙ renūtiās
ſine ſuperioris autoritate tali beneficio nō poteſt adminiſtrare. ita vi
detur dicenduz in propoſito ſine epiſcopi conſenſu non poteſt patro
nus in laicum patronatum ſibi competentē transferre: tamē quo ad
ſe et ſui preiudicium debet dicta donatio valere ⁊ per cōſequēs ipſius
heredis cum non poteſt heres venire contra factū defuncti. l. cū a ma
tre. C. ꝺ rei vēdi. no. in. c. j. de teſta. potuit ergo epiſcopus ex poſtfacto
donare vel eius filio etiam herede nō vocato illam donationē appro
bare. ¶ Quarto adducuntur multa iura q̄ vident probare ꝙ ſaltem
de iure canonico poſt ratihabitio ⁊ conſenſus ſequi ⁊ actum inutilem
validare. xvj. q. j. c. ſi. de his q̄ fiunt a p̄la. c. ij. ⁊. iij. ⁊ qꝺ ibi no. de elec. ⁊
iunge. ix. q. ij. ſi tibi ex nūc. ſcꝫ tempore adhibiti conſenſus vt no. gloſſ.
in regu. ratum. de re. iur. in. vj. ¶ Quinto ⁊ vltimo adduco tex. iuncta
glo. quem ſequitur ibi Cy. in. l. fin. C. ad macedo. vbi dicitur ꝙ ſi citra
patris impreſſionem vel mandatum vel voluntatem pecuniaz tradi-

tam accepit filiusfami. poſtea autem pater ratum habuit contractuz
perinde eſt ad ſi ab initio volūtate patris vel mādato filiusfami. pecu
niam traditam accepiſſet. ratio eſt quia omnis ratihabitio retrotra-
hitur et cōfirmat ea que ab initio ſecuta ſunt et querit ibi nunquid pa
ter inuito filio poteſt habere ratum ⁊ ſic teneat ac ſi eſſet filiꝰ. ⁊ conclu
dit multa nota. ꝙ ſic. Idem ibi Cy. dicēs quod exceptio nō tātū fuit
inducta in fauorem filij ⁊ odium creditoris quātuz in fauorem paren
tum. l. j. ff. eo. tit. pater ergo in cuius fauorem principaliter illud bene
ficium fuit inductum vt in laicum ſine epiſcopi cōſenſu ius patrona
tus transferre non poteſt: preſuppoſito quo ad hoc iure expreſſo ca-
ueatur. attamen ex quo epiſcopus nomine eccleſie vult appellare nō
tamen debet donator vel heres ipedire cuz hec prohibitio nō emana
uerit in fauorem patroni ſed epiſcopi vel eccleſie cuius perſonā gerit
ipe epiſcopus: ⁊ hoc vident velle illa capitula. cura. ⁊ ſuggeſtū. ſ. alle.
¶ In contrarium ad partem negatiuā qꝺ dicta collatio patronatus
nō valuerit. arguitur primo. pater non poteſt preiudicare filio ī iure
patronatus liberorum. tranſit enim in filios etiam ſi nō ſint heredes.
l. filij. de iure patro. l. iuſiurādū. in. §. ſi. ff. de ope. liber. etiam ſi patris
bona publicarentur. l. eorum. ad. l. iuliam maieſta. ⁊ not. in. l. iij. ff. de
interdi. ⁊ re. ergo idē in iurepatronatus eccleſie ꝙ tenet gloſſ. in. c. cō.
ſtitutū. xvj. q. j. ⁊ Laud. vt recitat Archi. in. c. j. de iurep. lib. vj. pro hoc
facit qꝛ ius patronatus ꝯceditur patrono gratioſe propter eccleſiam
impenſam. nō ergo debet tranſire in extraneum qui eſt prorſus alia p
ſona ab ipſo priuilegiato. facit quod in ſimili habet in auſ. de nō ali.
§. emphyteoſim. colla. ix. vbi dicitur qꝺ emphyteoſis alicui conceſſa
⁊ eius heredibus nō trāſit niſi in deſcendentes: ius ergo patronatus
cōceſſum fundatori ⁊ heredibus videtur cōceſſum filijs: qꝛ in iure non
tranſmiſſibili ad extraneos appellatione heredum cōprehēdunt filij
tm̄. vt not. in. l. gallus. §. etiam. de lib. ⁊ poſthu. ⁊ in. l. ſi tibi decem. §. ſi
pactus. ff. de pac. facit. c. filijs ac nepotibꝰ. xvj. q. vij. ¶ Secūdo de hoc
videtur caſus in. c. preterea. el. ij. de iure patro. coniūgendo finem cum
principio coniuncta glo. j. vt ibi patet qꝺ patrem nō poſſunt pro ſua
voluntate ius patronatus in alium titulo donatiōis vel ēphyteoſis
vel alterius contractus transferre. ad idem. c. illud. eo. tit. maxime pon
derato. ver. licet qui venit aduerſatiue ad precedētia innuens qꝺ lai-
cus non poteſt donare licet religioſo loco cōferēdo liberā habeat fa
cultatem. facit etiam. c. illud. in fi. ⁊. c. nullus. eo. titu. ¶ Tertio proba
tur quod epiſcopi cōſenſus accedens non habuit illam donationem
validare. cum enim ſite fit conſenſus autorizabilis nō potuit ex poſt-
facto interuenire. vt in. l. ſi quis mihi bona. §. in poſſeſſione. ff. ꝺ arqr.
heredi. ⁊ in. §. tutor. inſtitu. de auto. tuto. ⁊ in. l. obligari. §. tutor. eo. tit.
no. Innocē. in. c. cum conſuetudinis. de cōſuet. ⁊ in. c. j. de reb. eccle. nō
alie. in. vj. ¶ Quarto ⁊ vltimo facit. certum eſt ſaltem ꝯmuni opinio-
ne quod ex donatione ſolius laici ius patronatus nō fuit donatario
queſitum. vt probat a contrario ſenſu. c. j. de iurepatro. lib. vj. ⁊ tex. in
c. preterea. eo. tit. ergo remanſit patronus: quia dominium quod alte
ri nō requiritur ex iuris impedimento mihi non aufertur: vt in. l. nec
vtilis. ex quib. cau. ma. no. in. l. quod meo. ff. de acq. poſ. facit rō. l. ſi qs
vi. eo. tit. videtur enim ſub cōditione donaſſe: ſcilicet ſi donatarius eā
acquireret. trāſit ergo in filium heredem. xvj. q. vij. c. ſi plures heredes,
de iurepatro. c. j. ⁊. iij. ⁊ in cle. ij. eo. ti. cum ſimi. ratificādo ergo epiſco-
pus non potuit illam donationē nullam validare non ex nūc. cum in
teruenerit filij patroni cōſenſus. xvj. q. vij. monaſteriū. nec ex tūc quia
non poteſt illa confirmatio retrotrahi cum filij preiudicio cui ī eo tē-
pore fuit ius queſitum. in. c. ꝙuis. ⁊. c. ſi pro te. de reſcrip. li. vj. facit qꝺ
not. Jo. and. in. reg. ſine culpa. de reg. iur. li. vj. vbi concludit quod le
gitimatio ſuperueniens non preiudicat ſecundo genito cuiꝰ ius ſuc
cedendi in totum erat vigore cōſuetudinis queſitū. ⁊ idem bar. no. in
l. ex facto. de vulga. ⁊ pupi. ¶ Ad ſolutionem huiꝰ certaminis Jeſu
chriſti ſaluatoris eiuſqꝫ pijſſime genitricis auxilio humiliter inuoca-
to condeſcendens duo principaliter ſunt vidēda. ¶ Primo nūquid
dicta patronatus collatio ſine epi ꝯſenſu valuerit. ¶ Secūdo ꝑſup-
1 poſito † quod ſine conſenſu epiſcopi nō ſit efficax an epi ꝯſenſu vel
aſſenſus donatoris ꝑſertiz mortuo filio herede nō vocato accedēs il
lā habuit roborare. Circa primū doc. noſtri in varias ſe diuiſere ſentē
tias Lau. quem ſequitur Archi. in. c. j. de iurepatro. lib. vj. dicens pa-
tronum non poſſe in filiorum preiudiciū a ſe ius patronatus abdica
re. Reſpōdeo quod habetur in canone vnde trāſijt in filios etiā ſi he
redes non ſint. arg. in. l. filij. de iure patro. ⁊ quod not. in. l. iij. ff. de inter
dic. ⁊ releg. hoc idem videtur firmare glo. in. c. conſtitutum. xvj. q. j. ſed
hec opinio merito reprobatur. uā ſi in aperto obruat. c. ſignificauit. de
iurepatro. ⁊ tenuit renūciatio et in preiudicium ſuccedenttuz: ad idē
c. j. de iurepatrona. lib. vj. ⁊. c. illud. ⁊. c. ex inſinuatione. eo. titu. in qui
bus aperte dicitur qꝺ eccleſie ſeu religioſo loco libere etiā ſine epiſco
pi conſenſu poteſt donari. ¶ In hanc contrariā ſniam videt poſtmo
2 dum inclinaſſe gl. in. c. cōſiderandum. xvj. q. vij. nec verum eſt † ꝙ ius
patronatus eccleſie tranſit ſolum in heredes ſanguinis cū trāſit com
munis ſentētia etiam in extraneos. ſi em̄ trāſit in emptorē ville cum
vniuerſitate illius ville. ergo vt in. c. ex lr̄is. ⁊ in. c. cū ſeculū. ⁊ hanc opi
nionem ꝙ tranſeat ad heredes etiaz extraneos cōmuniter ſequunt
moderni.

moderni:reſponſio tamen Inno.⁊ Io.an.mihi nõ placet.nõ em̃ ſeq-
tur tranſit in vniuerſitatem ville in extraneũ.ergo ⁊ cum iure heredi
tatis do inſtantiam.iura ſepulchrorum licet religioſa tranſeunt cum
vniuerſitate ville in extraneum ſi per publicum non eſt ad illa aditꝰ:
vt in.l.ſi mercedem.§.fi.ff.de act.emp.⁊ in.l.in modicis.ff.de cõtrahẽ.
empt.attamen non tranſeũt in heredẽ extraneũ quominꝰ liceat filijs
etiam heredibus nõ inſtitutis ibidẽ habere ius ſepeliẽdi:vt in.l.fami
liaria.cum.l.ſeq.ff.de relig.⁊ ſum.fune.mihi tñ placet opi.vt tranſeat
in heredes etiã extraneos pro qua adduco.c.filijs.xvj.q.vij.⁊.c.cõſide
randũ.⁊.c.ſi plures.eadẽ cau.⁊.q.⁊.c.ij.⁊.iij.cum multis ſimil.in quibꝰ
ſimiliter fit mentio de heredibꝰ fundatoris:⁊ cũ in iure non habemꝰ
cõtrarium debemus verbũ heredes ꝓprie capere ⁊ ſic veniũt oẽs ſuc
ceſſores.vt in.l.heredis appellatione.ff.de verb.ſig.⁊ in.l.antiquitas.
C.de vſufru.cũ ſimili.Ad xbis aũt non eſt recedendum niſi aperte de
intentione cõtraria cõſtet.vt in.l.nõ aliter.ff.de leg.iij.⁊.c.fi.õ xb.ſig.
⁊ maxime probat dictũ.c.filijs.vbi fit mẽtio de filijs nepotibus ⁊ alijs
honeſtioribus propinquis.¶ Secũda opi.fuit Inn.proſus ꝯtraria
huic dicens patronũ etiam laico poſſe donare licet epiſcopi cõſenſu
non accedat.hanc opi.firmauit in.c.illud.⁊.c.preterea.⁊.c.nullꝰ.de iu
repa.principaliter per.c.ex inſinuatione.eo.tit.Ad.c.preterea.ꝙ ſue
opiñ.videtur obuiare:reſpondeẽ dupliciter.Uno modo ꝙ nõ loquiẽ
in patronatu ſed aduocato.Et ratio diuerſitatis ſm eũ eſt qꝛ patro-
natꝰ eſt quaſi ex debito ſed aduocatio ex gratia tm̃.¶ Secũdo reſpõ
detur qð intelligẽdo etiã de patronis debet intelligi ꝙ nõ põt dona-
re eo modo quo ibi donabat.ſ.cũ poteſtate exigendi ⁊ grauãdi.vt ibi
dicitur.hanc opi.originaliter tenuerunt Hug.⁊ recitat archi.in.c.pie
mentis.xvj.q.vij.⁊ Io.an.vt refert Io.mona.in.c.illud.ꝑalleg.⁊ etiaꝫ
Uin.vt recitat ibi gl.⁊ tenet gl.in.c.noſtri.xxiij.q.iij.ſed põt illa.gl.ĩ
telligi qñ fit eccleſie vt colligiẽ ex ꝑcedentibꝰ.¶ Tertia fuit opi.Bal.
gloſſatoris vt ſine cõſenſu epi laico donari non poſſit:vt no.ĩ.c.illud.
⁊.c.ex inſinuatiõe.Reſpõdetur ꝙ ibi interuenit epiſcopi cõſenſus vbi
nõ fuit vera donatio ſed remiſſio:vt.ſ.in articulis dixi.hãc tñ opo.ſe
quunẽ multi in.d.c.illud.⁊ Archi.in.d.c.pie mẽtis.ꝑalleg.⁊ in.c.vno
prealleg.li.vj.eo.tit.⁊ ſequunẽ cõiter moderni in pia cauſa:⁊ pmo ad
duco.c.predictum ꝑterea.in fi.⁊.d.c.vnicum.A contrario ſenſu ſecꝰ ſi
detur loco religioſo vel eccleſie:vt ĩ.d.c.vno.⁊.c.illud.⁊ diuerſitatis ra
tio eſt qꝛ donatione facta laico eccleſie ꝯditio deteriorarẽ cum ſoleant
laici eccleſie eſſe nimium infeſti.ij.q.vij.laicis.⁊.c.laici.Sic enim fit ec
cleſie melioratiõ.cũ eripiatur a manibꝰ laicorũ.argu.c.cũ apoſtolica.
de his que fi.a ꝑla.¶ Item ſi clerici excedũt metam facilius poſſunt
cõpelli ꝙ patroni laici.lxix.diſt.iudicatum.⁊ qð ibi not.requiriẽ ergo
epiſcopi cõſenſus in donatione fienda laico vt epiſcopus videat an
expediat eccleſie vel non.¶ Itẽ ꝓpter timorem fraudis vel ficte vẽdi
tionis.ar.de diuor.c.quãto.in fi.de hoc ergo inquiret:qꝛ inueniret de
negabit aſſenſum.arg.c.prouida.de ele.in.vj.⁊ hic fraudis timor mul
tum mouet Io.an.ad hanc opi.ſeruãdã quam ſequitur Fede.ꝯſ.cviij.
dixit tñ Archi.in locis prealle.qð clerico etiam proprio nomine acci
pienti poterit ſine cõſenſu epiſcopi fieri donatio ⁊ ſic itelligit dictum
c.ꝑterea.aggrauatur omni prauitate.ad hoc.ff.de ſer.vrba.ꝑdio.l.ſer
uitutes.§.ſtillicidiũ aĩs bene valet dictũ.c.ex inſinuatione.¶ Quar-
tam opi.ſentit Hoſt.in.d.c.illud.dicens quod cum epiſcopi cõſenſus
poteſt vnicuiqꝫ ius patronatus donari: allegat.c.nullꝰ.⁊.c.preterea.
de iurepatrona.ſine cõſenſu epiſcopi nõ niſi eccleſie vł clerico recipiẽ
ti nomine eccleſie.remittit tñ ad ea q̃ not.in ſum. eo.ti.§.qualiter trãſ
feratur.ibi tamẽ nõ diſtinguit an clericus recipiat nomine eccleſie vł
nõ.ſꝫ ſimpliciter dicit qð clerico donari poteſt.domini de Rot.deci.
ccliiij.in antiquis tangunt incidenter primum:ſed principaliter ſecũ-
dum ſentiũt tñ qð ſine epiſcopi cõſenſu nõ valet donatio laico facta
vt ius patronatus ex ſola laici donatiõe acquiratur laico ſed cũ epi
conſenſu.¶ Sed an cõſenſus iſte poteſt ex poſt facto interuenire ma
xime mortuo donatore ⁊ herede filio non vocato fuerunt inter ſe va-
rij:⁊ hoc dubium nõ reperio per aliquẽ vltra eos tactum ⁊ ob hoc pn
cipaliter hũc articulum diſputãdũ aſſumpſi quẽ difficillẽ reputaui ⁊
ꝑſtitit mihi diſputandi cauſam bone memorie doctor ſubtilis ⁊ bo-
nus practicus dominꝰ Magnauellus de magnauellis.Seneñ.q̃ cuꝫ
hoc dubiũ in decora vrbe Senarũ contigiſſet humanitate ſua me fa-
miliariter conſuluit.⁊ reſpondi tunc ſimpliciter me non credere taleꝫ
donationem ꝑ ſubſequẽtem cõſenſum ſine tẽporis tractatu valere.cõ
peri dominos de Rota in deciſiõe ꝑallega.varios extitiſſe. quidã ex
eis in hãc ſñiam negatiuam inclinabãt:alij vero ⁊ ꝓ maiori parte cõ
trariã ſententiã amplexi ſunt moti principaliter propter duo.¶ Pri
mo per.c.cura.⁊ per.c.ſuggeſtum.circa fi.de iurepatr.vbi hec pars vi
deẽ expreſſa ſm eos.¶ Secundo per hanc rationem:qꝛ donatio in
principio tenuit ſaltẽ in preiudiciuꝫ donatoris ⁊ heredis:nã q̃tũ ad
eorum preiudiciũ nõ requiritur neceſſarius conſenſus epiſcopi cũ do
nator diſpoſuerit de re propria ⁊ ideo quantum ad eum ⁊ ipſiꝰ here-
des non debet admitti cõuẽtio.argu.l.per fundum.ff.de ſerui.vrba.
predio.⁊.c.quod in dubijs.de renun.⁊.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxo.l.cũ
hic ſtatꝰ.§.ſi ſocer.⁊.l.ſi is.C.de predijs mi.ſine decret.nõ ali. requiriẽ
ergo ſolus epiſcopi cõſenſus ſm eos quo ad tranſlationem ipſius in

priuatum ideo poterit interuenire quandocunqꝫ quo contractꝰ do-
nationis tenebat.ar.not.in.c.cũ cõſuetudinis.de cõſue.nec obſtat ſꝫ
eos queſituꝫ filio meo tpe:qꝛ ex quo fuit heres patris nõ fuit ſibi ius
queſitũ aliter ꝙ eſſet penes patrẽ:ſed cũ ipſe pater nõ poſſet quo ad
ſe cõuenire:igiẽ nec filius.nec ob.c.q̃uis.⁊.c.ſi pro te.de reſcri.li.vj.qꝛ
ibi fuit ius queſitũ tertio ex diſpoſitiõe eius q poterat recipere ⁊ diſ-
ponere cõtra primã diſpoſitionẽ igiẽ in preiudiciũ iuris taliter q̃ſiti-
ſequẽs diſpoſitio vel exiſtẽtia cõditionis nõ potuit ibi retrotrahi.vt
in.l.balneũ.§.fi.ff.qui poti.in pig.ha.hic vero fuit ius queſitũ ex diſ-
poſitione eius qui cõtra ſuã diſpoſitionẽ venire nõ poterat nec cõtra
factũ ſuũ igitur nec eius heres ⁊ per conſequẽs cõſenſus epi ſuperue
niẽs poterit retrotrahi qꝛ donatio a principio pẽdebat ſub cõditio
ne ſi eps.cõſenſerit.igiẽ per ſuperueniẽtem cõſenſum epi fit retractio.
vt.l.potior.in prin.ff.qui po.in pi.ha.¶ Uel poteſt ſm eos dici ꝙ va
let vt ex nũc a tẽpore cõſenſus ꝑ epm ꝑſtiti.nec filij abſentia habet ꝑ-
iudicare qꝛ nõ poterat cõtradicere ſic nec ipſe pater.arg.l.per fundũ.
ſ.alle.hec ſunt in effectu fundamẽta dñorũ de Rota in hoc articulo.
Ego aũt meliori iudicio ſemper ſaluo.nec iſtud dictũ dñorũ de Ro
ta approbo nec rationẽ doc.nec ſñiaꝫ de qua.ſ.in precedenti dubio.
1 Arbitror tñ † qð ius patronatus laico conferri nõ poſſit etiã ſi tẽpo
re donationis autoritas epi intercederet.ad quã ſñiam tenẽdã prin-
paliter me mouet:qꝛ ius patronatꝰ eſt ſpirituale vel ſpirituali anne-
xũ:vt expſſe dicit tex.ĩ.c.q̃to.de iu.⁊ in.c.j.de iurepa.hinc eſt ꝙ ſuper
eo cõmittitur ſimonia ſicut ſuper iure ſpirituali:vt probat tex.no.ĩ.c.
preterea.el.j.de tranſac.nec iudex ſecularis etiam laicus iurepat.tit.
cognoſcere põt.d.c.q̃to.nec vẽdi poteſt.d.c.õ iure.nec ſup eo trãſigi.
d.c.preterea.Hinc inferẽ qð laicus metro iure ĩſpecto ius patronatꝰ
poſſidere nõ poteſt qa ſicut ſpiritualia ita nec quaſi ſpiritualia poſſi
dere poteſt cũ de cõnexis idẽ ſit iudiciũ.vt probat in.c.cauſam.de ꝑ-
ſcrip.⁊ in.d.c.q̃to.de iudi.⁊ de conſti.tranſlato.⁊ ĩ.d.c.ꝑterea.¶ Pre
4 terea laico quãtũcunqꝫ † religioſo nulla diſponendi in rebꝰ eccleſiaſti
cis dignitatibꝰ legiẽ tributa facultas.xvj.qð.vij.laici. de cõſtit.eccle-
ſia ſancte Marie.⁊.xcvj.diſt.bene quidẽ.⁊ ĩ.c.nullus.de iurepat.ergo
mero iure inſpecto nõ poſſet laicꝰ ꝑſentare rectorẽ cũ preſentatio ſit
quoddã ius preambuluꝫ ad inſtitutionẽ obtinẽdã que eſt mere ſpiri
tualis ⁊ per laicũ impreſcriptibilis etiã per tantum tp̃s de cuius ini-
tio nõ eſt memoria:vt plene not.per Io.an.in.c.ij.de preben.lib.vj.de
gratia.ergo ſolum ex priuilegio per eccleſiam cõceſſo licitũ eſt laico
ius patronatus poſſidere ⁊ tenere. qð probatur in.c.j.xv.qð.j.tenet
Archi.in.d.c.hortamur.lxxj.diſt.⁊ Hoſ.in ſum.de iurepatro.§.j.ver.
in ſumma Hoſtiẽ.in.d.c.qm̃.Io.an.⁊ cõmuniter doc.ibi.⁊ pro hoc ꝙ
dicitur patronatus in hoc iure de gratia ſuſtineri.no.ibi hoſti. papã
poſſe tales eccleſias ſine patronorũ preſentatione cõferre.ſed hoc fa
cit quia nõ expedit vt laici ab his trahanẽ.vt no.in.c.cũ dilectus.eo.
titu.⁊ in.cle.ij.de prebẽ.⁊ predicta procedunt tenendo tamẽ opi.In.
in.d.c.dilectus.de offi.deleg.vbi dicit ꝙ per preſentationẽ cõſequiẽ
ꝑſentatus ius ad rẽ.ꝓ quo facit.c.dilectus.de iurepa.Certũ autẽ eſt
qð laicus mero iure inſpecto nõ eſt capax huiꝰ iuris vt poſſit in aliũ
trãſferre ius ad beneficiũ vel ordinare ad beneficia eccleſiaſtica.habi
litatio ergo a ſpeciali gratia ſicut olim eccleſia conceſſit ob merita ꝑ
cedẽtia imperatori vt poſſit eligere papã ẽt alios ꝑlatos.vt in.c.in ſy
nodo.lxiij.di.ſed illud priuilegium poſtea fuit reuocatũ:vt in.§.verũ
ea.diſt.Ex his infero opi.meã ꝙ cũ laicus nõ ſit huiꝰ iuris capax nõ
poteſt patronus laicus gratioſe illud ius obtinẽs in aliũ laicũ ĩcapa
cem illud ius transferre cũ iſto donatario nõ cõtineaẽ illa qualitas
ꝓpter merita ꝑcedẽtia ⁊ vt inducerenẽ laici ad edificãdas eccleſias ⁊
dotandas que ratio ceſſat in iſto donatario.nõ em̃ põt priuilegio ꝑ
ſonaliter habilitatus illũ habilitare.qꝛ priuilegiũ nõ excedit ꝑſonas
habilitatas vel priuilegiatas:vt ĩ.c.petiſti.vij.qð.j.vbi ĩter cetera ad
ꝓpoſitũ dicit tex.hoc nulli alibi cõcedi patimur qð tibi charitate co
gente largiri cenſuimus.⁊ alibi in.c.ſane.de priuil.diciẽ contrariũ eſſe
⁊ indignuꝫ aliquid ſibi ſua autoritate ꝑſumere ꝙ romana eccleſia ali
cui certa rõne inſpecta ſingularibꝰ voluit bñficijs indulgere.¶ Pre
terea cũ laicus ex priuilegio ius patronatus ſolũ ꝯſequiẽ ⁊ põt pſen
tare ⁊ alimẽta neceſſitate inſtante habere.vt in.c.bonis.de iurepa.nõ
preſumiẽ in his gratijs ⁊ a iure exorbitãtibus excedere metas preſen
tationis ſue in aliũ incapacẽ hoc ius gratioſum trãſferẽdo arg. opti
mũ in.c.qð trãſlationẽ.de offi.deleg.⁊ in.l.qð nõ ratione.⁊ ꝙ ibi not.
ff.de legi.facit.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matr.maxime cũ iſta ſint laicis
interdicta vt ſi preſumant tractare ſpiritualia ⁊ eccleſiaſtica vt iuri-
bus.ſ.alleg.vt not.dicit Inno.in.c.q̃to.de conſue.⁊ originaliter.fuit
dictum glo.in.c.fi.xxiij.q.j.quod de omnibus que ſpectãt ad officiũ
eccleſiaſticum illud ſolũ licet laicis etiam in neceſſitate quod iure re
peritur expreſſum.hoc autem nullibi eſt expreſſum quod patronꝰ po
teſt donare laico ius ſibi competẽs in eccleſia imo potius reperiẽ cõ
trarium.vt infra dicã.de eccleſiaſticis tamen negotijs nullibi reperiẽ
preter reuerentiaꝫ q̃ ſpectat ad laicos etiã ſi ſit Imperator.vt.c. hinc
etiam.xvij.diſt.in.nec excuſat epiſcopi autoritas quia epiſcopꝰ ibi nõ
poteſt vbi cõcurrit cauſa iure expreſſa cõmittere laico vt ſpiritualia
ſeu eccleſiaſtica diſponat.vt in.c.decernimus.de iude.in.c. iudicatũ.

